1 Ἀνατίθησιν εἰς τὸν ἐν &c.] *Laert.* l. 2. ſegm. 51. τὰ δὲ ἡμίσεα (χρυσίου, quod paulò ſuprà memorat, quódque Noſtro eſt ἀργύριον p. 373.) ἔπεμψεν εἰς Δελφοὺς ἀναθήματα. Porrò, apud omnes fere gentes invaluit mos, ut ſibi theſauros in templis ſtatuerent. *Herodot.* l. 1. c. 14. Delphis theſaurum Corinthiorum fuiſſe ſcribit. Ibidem conditos fuiſſe complures aliarum gentium, in quibus & Athenienſes erant, theſauros refert *Pauſan.* l. 10. c. 11. Vide ſis etiam Cl. *Cleric.* ad 1 Sam. XXXI. 10. & *Franckenſt.* diſſertat. de Ærario Pop. Rom. quæ in Syntagm. Græviano reperitur p. 623.

2 Ὃς σὺν Κλεάρχῳ &c.] Adi p. 171, 177, 185.

3 Τὸ δὲ τῆς &c.] *Scil.* μέρος ἀργυρίου, quod Dianæ conſecrandum decreverat.

4 Ὅτε ἀπῄει σὺν &c.] Conſule Diſſertat. I. K. II. noſtræ præmiſſæ p. 6.

5 Κατέλιπε παρὰ Μεγαβύζῳ &c.] Moris fuiſſe veterum, ut privati ſuas, æque atque gens univerſa publicas, pecunias in fanis apud ſacerdotes ſecuritatis cauſâ deponerent, ex *Ciceron.* l. 2. de leg. c. 16. liquet. *Alexander in Ciliciâ depoſuiſſe apud Solos in delubro pecuniam dicitur; & Athenienſis Cliſthenes Junoni*

τῷ [1] τῆς Ἀρτέμιδος νεωκόρῳ, ὅτι αὐτὸς κινδυνεύσων ἐδόκει ἰέναι [2] μετὰ Ἀγησιλάου ἐν Κορωνείᾳ· [3] καὶ ἐπέστειλεν, ἢν μὲν αὐτὸς σωθῇ, ἑαυτῷ ἀποδοῦναι· [4] εἰ δέ τι πάθοι, ἀναθεῖναι, ποιησάμενον τῇ Ἀρτέμιδι ὅ, τι οἴοιτο χαριεῖσθαι τῇ θεῷ. [5] Ἐπεὶ δ᾽ ἔφυγε Ξενοφῶν, κατοικοῦντος ἤδη αὐτοῦ [6] ἐν Σκιλλοῦντι, ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων [7] οἰκισθέντι παρὰ τὴν Ὀλυμπίαν, [8] ἀφικνεῖται Μεγάβυζος εἰς Ὀλυμπίαν θεωρήσων, καὶ ἀποδίδωσι τὴν παρακαταθήκην αὐτῷ.

Dianæ ædituum reliquit, *propterea* quòd ipſe proficiſci videbatur prælii periculum cum Ageſilao apud Coroneam ſubiturus: mandavítque *adeò*, ſi ſalvus evaderet, ipſi ut reſtitueret; ſin aliquid *humanitùs* ei accideret, ut dedicaret, Dianæ id cùm confeciſſet *donarii*, quod deæ gratiſſimum fore arbitraretur. Poſteaquam verò exulâſſet Xenophon, & jam habitaret Scilunte, à Lacedæmoniis propter Olympiam conditâ, venit ad Olympiam ſpectandi gratiâ Megabyzus, ac depoſitum ei reſtituit. *Quod*

Junoni Samiæ, civis egregius, cùm rebus timeret ſuis, filiarum dotes credidit. Vide quæ doctiſſ. *Daviſ.* ad locum hunc notavit. Cæterùm, *Heſych.* Μεγαβύζοι λέγονται, μεγάλοι, ἀπὸ τοῦ Περσῶν βασιλέως· οἱ δὲ, βάρβαροι, καὶ οἱ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖς, &c. Sic enim locus legendus & diſtinguendus videtur. Adde *Strab.* l. 14. p. 950.

1 Τῆς Ἀρτέμιδος νεωκόρῳ.] Etymol. m. Νεωκόρος, παρὰ τὸ κορῶ, καθαίρω καὶ ἐπιμελείας ἀξιῶ, καὶ τὸ νεὼς Ἀττικῶς, ὁ τοῦ ναοῦ ἐπιμελούμενος. *Phavor.* Νεωκόρος (ſcribe νεωκόρος) ὁ τὴν ἐκκλησίαν κοσμῶν· κορεῖν γὰρ, τὸ σαροῦν. Sic ferè *Heſych.* & *Suid.*

2 Μετὰ Ἀγησιλάου &c.] Conſule I. Diſſertat. Κ. Π. præmiſſam p. 6. & auctoribus ibi citatis adde *Plutarch* in *Ageſil.* p. 605. Cæterùm, de prælio ibi commiſſo plura in notis ad Noſtri orationem de *Ageſilao.*

3 Καὶ ἐπέστειλεν.] *Phavor.* & *Suid.* Ἐπέστειλε, ἐνετείλατο, ἐνουθέτησε. Adde quæ ſcripſimus Κ. Π. p. 388. n. 3. & *Ariſtoph.* Νεφελ. v. 608.

4 Εἰ δέ τι πάθοι, ἀναθεῖναι, &c.] *Phavor.* Ἀναθεῖναι, ἀντὶ τοῦ ἀφιερῶσαι. *Laërt.* l. 2. ſegm. 51. — χρυσίον ἔχων, (Xenophon) τὸ μὲν ἥμισυ Μεγαβύζῳ δίδωσι τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖ φυλάττειν, ἕως ἂν ἐπανέλθῃ· εἰ δὲ μὴ, ἄγαλμα ποιησάμενον, ἀναθεῖναι τῇ θεῷ.

5 Ἐπεὶ δ᾽ ἔφυγε &c.] *Scil.* ἐπὶ λακωνισμῷ, auctore *Laërtio*, loco cit. Vide ſis Diſſertat. I. Κ. Π. præmiſſæ p. 5, 6.

6 Ἐν Σκιλλοῦντι &c.] *Pauſan.* l. 5. c. 6. Λακεδαιμόνιοι δὲ ὕστερον Σκιλλοῦντα (ſic enim apud hunc & *Laërt.* cum duplici λ ſcribitur nomen) ἀποτεμόμενοι τῶν Ἠλείων, Ξενοφῶντι ἔδοσαν — φυγάδι ἤδη γεγονότι ὑπ᾽ Ἀθηναίων, ὡς ἐπὶ βασιλέα &c. Conſule *Diſſertat.* modò adpellatam.

7 Οἰκισθέντι παρὰ τὴν &c.] Legitur etiam οἰκισθέντος. Receptam lectionem in duobus ſe exemplaribus inveniſſe teſtatur *Leunclav.* eandémque *Steph.* huc revocandam cenſuit.

8 Ἀφικνεῖται Μεγάβυζος &c.] *Laërt.* l. 2. c. 52. Ἀφικομένου δὲ τοῦ Μεγαβύζου κατὰ πρόφασιν τὴν πανήγυριν, κομισάμενος (Xenophon) τὰ χρήματα, &c. Adi Diſſertat. I. Κ. Π. præmiſſam, loco cit. Porrò, θεωρεῖν dicitur etiam abſolutè pro *ſpectare ludos*, apud *Lucian.* in Nigr. ferè medio: ληφθέντα γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἄγεσθαι παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι βαπτὸν ἔχων ἱμάτιον, ἐθεώρει.

[1] Ξενοφῶν δὲ λαβὼν, χωρίον ὠνεῖται τῇ θεῷ, ὅπου ἀνεῖλεν ὁ θεός. Ἔτυχε δὲ διαῤῥέων διὰ τοῦ χωρίου ποταμὸς [2] Σελληνοῦς. Καὶ ἐν Ἐφέσῳ δὲ παρὰ τὸν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος [3] νεὼν Σελληνοῦς ποταμὸς παραῤῥεῖ, καὶ ἰχθύες τε ἐν ἀμφοτέροις εἰσὶ καὶ κόγχαι· [4] ἐν δὲ τῷ ἐν Σκιλλοῦντι χωρίῳ καὶ θῆραι πάντων, ὁπόσα ἐστὶν ἀγρευόμενα θηρία. [5] Ἐποίησε δὲ καὶ ναὸν καὶ βωμὸν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἀργυρίου· καὶ [6] τολοιπὸν ἀεὶ δεκατεύων τὰ ἐκ τοῦ ἀγροῦ [7] ὡραῖα, θυσίαν ἐποίει τῇ θεῷ· καὶ πάντες οἱ πολῖται καὶ οἱ

cùm recepiſſet Xenophon, agrum deæ mercatus eſt, ubi deus oraculo monuit. Agrum *eum* Sellenus perlabebatur amnis. Apud Epheſum etiam propter templum Dianæ Epheſiæ Sellenus amnis præterfluit; piſceſque ſunt atque conchæ in utroque: præterea in *agro*, *qui* ad Sciluntem *eſt*, venationes *inſtituuntur* omnium, quæcunque venando capiuntur, ferarum. Templum etiam & aram de pecuniâ ſacrâ extruxit; ac poſtea ſemper decimâ parte fructuum maturorum ex agro *collectorum* exemtâ, ſacrum deæ faciebat: & feſti *quidem* cives omnes & fi-

---

1 Ξενοφῶν δὲ λαβὼν, &c.] *Laërt.* loco cit. κομισάμενος τὰ χρήματα, χωρίον ὠνήσατο, καὶ καθιέρωσε τῇ θεῷ, δι' οὗ ποταμὸς ἔῤῥει Σελινοῦς, ὁμώνυμος τῷ ἐν Ἐφέσῳ.

2 Σελληνοῦς] MS. Eton. dat Σελλινοῦς. Sic *Strabo* l. 8. p. 593. Ῥεῖ δὲ διὰ τῆς Αἰγαίων πόλεως ποταμὸς Σελινοῦς, ὁμώνυμος τῷ τε ἐν Ἐφέσῳ παρὰ τὸ Ἀρτεμίσιον ῥέοντι, καὶ τῷ ἐν τῇ νῦν Ἠλείᾳ τῷ παραῤῥέοντι τὸ χωρίον, ὅ φασιν ὠνήσασθαι τῇ Ἀρτέμιδι Ξενοφῶν, κατὰ χρησμόν. Apud *Pauſan.* l. 5. c. 6. ſcribitur Σελινοῦς: & l. 7. c. 24. Σέλινος. Utrobique repoſuerim Σελλινοῦς. Propiùs ad Xenophontéas editiones accedit nominis apud *Laërtium*, l. cit. ſcriptura, ſcil. Σελινοῦς: pro quo tamen reponi oportere Σελλινοῦς contendit *Menagius* ad locum. Sed vide p. 71. n. 3. p. 123. n. 3. p. 168. n. 3.

3 Νεὼν] *Mœr. Attic.* Νεὼς τὴν εὐθεῖαν ἑνικῶς καὶ αἰτιατικὴν, Ἀττικῶς· ναὸς, Ἑλληνικῶς.

4 Ἐν δὲ τῷ ἐν Σκιλλοῦντι &c.] Sic reſcribendum rectè conjecit *Leuncl.* In libris hactenus vulgatis deeſt poſterius ἐν: quod quidem, cùm jam modò lectum fuerat, facilè ex hoc loco excidere potuit. Adi ſis Diſſertat. jam ſæpiùs citatam.

5 Ἐποίησε δὲ καὶ &c.] *Pauſan.* l. cit. κατεσκεύασε δὲ (Xenophon) ἐν Σκιλλοῦντι, τέμενός τε καὶ ἱερὸν καὶ ναὸν Ἀρτέμιδι ἐπονομαζομένῃ Ἐφεσίᾳ. De loquendi formâ vide p. 30. n. 4.

6 Τολοιπὸν ἀεὶ δεκατεύων &c.] Vide ſis p. 207. n. 2. & modò ſcripta p. 373 n. 5.

7 Ὡραῖα,] *Scil.* ὅσα ὥρα φέρει, uti Noſter p. 41. vel potiùs, eam qui maturitatis perfectionem attigêre, quam iis dant ὧραι. *Heſych.* καλοῦνται δὲ καὶ τὰ ἐκ γῆς ὡραῖα, καὶ ἐπὶ τῶν καθ' ὥραν ἀποτελουμένων ἱερῶν. *Phavor.* Ὥρα, ἡ [illegible] ἔτους τῶν τεσσάρων τρεπομένων τοῦ χρόνου. — καὶ ὥρα, ἡ εὐμορφία. Καὶ ὡραῖα μὲν τὰ [illegible], ὁ [illegible]· ὡραῖα δὲ τῆς [illegible], ὁ [illegible], ὥσπερ ὁ ἐπὶ τοῦ [illegible]. Vide Cl. *Grævii* Lect. *Heſiod.* c. 2. & doctiſſ. *Salmaſ.* Plin. exercit. p. 252.

[1] πρόσχωροι ἄνδρες καὶ γυναῖκες μετεῖχον τῆς ἑορτῆς. Παρεῖχε δὲ ἡ θεὸς [2] τοῖς σκηνοῦσιν ἄλφιτα, ἄρτους, οἶνον, τραγήματα· καὶ τῶν θυομένων ἀπὸ τῆς ἱερᾶς [3] νομῆς λάχος, [4] καὶ τῶν θηρευομένων δέ. [5] Καὶ γὰρ θήραν ἐποιοῦντο εἰς τὴν ἑορτὴν οἵ τε Ξενοφῶντος παῖδες καὶ οἱ τῶν ἄλλων πολιτῶν· οἱ δὲ βουλόμενοι καὶ ἄνδρες [6] συνεθήρων· καὶ ἡλίσκετο τὰ μὲν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἱεροῦ χωρίου, τὰ δὲ [7] ἐκ τῆς Φολόης, σύες καὶ δορκάδες καὶ ἔλαφοι. Ἔστι δὲ ὁ τόπος, [8] ᾗ ἐκ Λακεδαίμονος εἰς Ὀλυμπίαν πορεύονται, ὡς εἴκοσι στάδιοι ἀπὸ τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ Διὸς ἱεροῦ. [9] Ἔνι δ' ἐν τῷ ἱερῷ τόπῳ καὶ

nitimi viri fœminæque participes erant. Præbet autem iis dea, qui agitant convivia, farinas, panes, vinum, tragemata; *quin* partem etiam eorum, è paſcuis quæ mactantur ſacris, itemque eorum quæ venando capiuntur. Xenophontis enim & cæterorum civium filii ad feſtum *illud* venationem inſtituebant: & qui volebant viri venationi ſimul operam dederunt: atque partim ex agro ſacro, partim ex Pholoe, ſues & capreæ & cervi capiebantur. Locus *ipſe*, quà in Olympiam Lacedæmone proficiſcuntur, ſtadia ferè viginti à Jovis apud Olympiam fano abeſt. In ſacro etiam loco ſunt &

---

[1] Πρόσχωροι &c.] Sic rectè *Steph.* exemplarium vetuſtorum auctoritate fretus. Alii dedêre περίχωροι. Adfinem huic vocem videre eſt K. II. p. 413. Ipſa extat *Thucyd.* l. 8. c. 11.

[2] Τοῖς σκηνοῦσιν &c.] Vide omnino p. 317. n. 2. Cæterùm, vocem ἀργύρια, quæ vulgò poſt οἶνον legitur, fide MSti Eton. nixus hinc ejeci.

[3] Νομῆς λάχος,] Priori de voce jam egimus p. 254. n. 1. *Heſych.* & *Phavor.* Λάχος, μέρος. *Suid.* Λάχος, μοῖρα.

[4] Καὶ τῶν θηρευομένων δέ.] Vide p. 230. n. 1. & p. 298. n. 1.

[5] Καὶ γὰρ θήραν ἐποιοῦντο &c.] *Diog. Laërt.* l. c. Τοὐντεῦθεν διετέλει κυνηγετῶν, καὶ τοὺς φίλους ἑστιῶν, καὶ &c. Vide Diſſert. I. quam K. II. præmiſi, p. 6.

[6] Συνεθήρων] Extat quidem hoc verbum in *Sophocl.* Philoct. v. 1019. uti rectè monuit doctiſſ. *Grammius*. Sed fallitur vir idem cel. cùm in lexicis id prorſus deſiderari ſtatuit: reperitur enim in *Conſtant.* citato etiam Xenoph.

[7] Ἐκ τῆς Φολόης, σύες καὶ &c.] Montis, id cui nomen contigit, in Arcadiâ deſcribendâ meminit *P. Mela* l. 2. c. 3. *Plin* N. H. l. 4. c. 6. *Montes in Arcadiâ, Pholoë cum oppido*. Strab. l. 8. p. 547 καὶ ἡ Φολόη δ' ὑπέρκειται τῆς Ὀλυμπίας ἐγγυτάτω, ὄρος Ἀρκαδικόν, ὥστε τὰς ὑπωρείας τῆς Πισάτιδος εἶναι. *Pauſan.* l. 5. c. 6. Παρέχεται δὲ ὁ Σκιλλοῦς καὶ ἄγρας θηρίων καὶ ἐλάφων.

[8] Ἡ ἐκ — πορεύονται,] Plenè, ᾗ ὁδῷ ἐκ — πορεύονται ἄνθρωποι. Vide p. 249. n. 1. & p. 91. n. 5.

[9] Ἔνι] *Phavor.* Ἔνι, ἔστι, ὑπάρχει. Fruſtrà ſuſpicatus eſt *Beza* ad Gal. III. 28. ἔνι librariorum vitio ſcriptum eſſe pro ἐνί, atque nullum prioris ſcripturæ exemplum Græcos apud auctores reperiri potuiſſe. Si quis plura

ἄλση δὲ ὄρη δένδρων μεστὰ, ἱκανὰ δὲ σῦς καὶ αἶγας καὶ ὄϊς τρέφειν καὶ ἵππους· ὥστε δὲ τὰ τῶν εἰς τὴν ἑορτὴν ἰόντων ὑποζύγια [1] εὐωχεῖσθαι. Περὶ δὲ αὐτὸν τὸν ναὸν ἄλσος ἡμέρων δένδρων ἐφυτεύθη, ὅσα ἐστὶ [2] τρωκτὰ, ὡραῖα. [3] Ὁ δὲ ναὸς, ὡς μικρὸς μεγάλῳ, τῷ ἐν Ἐφέσῳ εἴκασται· [4] καὶ τὸ ξόανον ἔοικεν, ὡς κυπαρίττινον χρυσῷ ὄντι, τῷ ἐν Ἐφέσῳ. Καὶ στήλη ἕστηκε παρὰ τὸν ναὸν γράμματα ἔχουσα, ΙΕΡΟΣ Ο ΧΩΡΟΣ ΤΗΣ

luci & montes arboribus referti, & ſuibus & capris & ovibus & equis alendis apti; adeò ut eorum etiam, qui ad feſtum *illud* eunt, jumenta ſaturentur. Circa templum ipſum lucus eſt hortenſibus ſativis conſitus *omnibus*, quæ *fructus præbent*, ubi maturuerunt, edules. Templum autem, ut parvum magno, illi *quod eſt* apud Epheſum adſimiliter ſtructum eſt; ſimulacrum etiam, ut cupreſſinum aureo, illi *quod eſt* apud Epheſum ſimile eſt. Ac propter templum ſtela erecta eſt, has quæ continet literas, FUNDUS DIANÆ

---

deſideret exempla, adeat velim doctiſ. *Spanh.* in *Ariſtoph.* Plut. v. 348. Alia etiam apud Noſtrum olim [illegible] notabimus.

1 Εὐωχεῖσθαι.] Similiter *Ariſtot.* Hiſt. anim. l. 8. c. 6. verbum hoc adhibuit: μάλιστα δὲ τοῖς πρώτοις ἡμέραις εὐωχοῦνται ἤδη οἱ πιαινόμενοι τοὺς ὗς. Quam verò propriè ſignificationem Athenienſium linguâ verbum illud habeat, docet Noſter *Memorab.* l. 3. extremo.

2 Τρωκτὰ.] Vocis auctorem neſciunt Lexicogr. Eâdem tamen uſus eſt & *Ælian.* V. H. l. 1. c. 31. καὶ τρωκτὰ ὡραῖα, καὶ &c. h. e. exponente Cl. *Perizon.* poma ſeu fructus, qui crudi in ſecundam menſam adponi ſolent, & iſtâ parte anni, in quâ rex (*Perſarum* ſcil.) regiones obibat, maturi erant. *Suid.* τρωκτὰ, τὰ τρωκτικὰ τῶν ὀπωρῶν, οἷον κάρυα καὶ βάλανοι.

3 Ὁ δὲ ναὸς, ὡς μικρὸς &c.] *Plin.* N. H. l. 36. c. 14. *Magnificentiæ vera admiratio extitat templum Epheſiæ Dianæ, ducentis viginti annis factum à totâ Aſiâ. — Univerſo templo longitudo eſt* 425 *pedum, latitudo ducentorum viginti, columnæ centum viginti ſeptem à ſingulis regibus factæ,* 60 *pedum altitudine.* Adde *Liv.* l. 1. c. 45. *Pauſan.* l. 4. c. 31. *Solin.* Polyhiſt. c. 40. *Salmaſ.* Plinian. Exercit. p. 569. *Spanhem.* in *Callim.* hymn. in Dianam. v. 249. Porrò, Act. XIX. 28, ideò forſan Diana audit μεγάλη, quòd inſignis eſſet templi iſtius magnificentia, cultúſque ejus permagna celebritas. Videndi tamen ad locum eruditi interpretes, à doctiſ. *Welſio* citati: necnon Cl. Kuhn. ad *Pauſan.* loco ſuprà citato.

4 Καὶ τὸ ξόανον &c.] *Plin.* N. H. l. 16. c. 40. *Maximè æterna putant ebenum, & cupreſſum, cedrúmque, claro de omnibus materiis judicio in templo Epheſiæ Dianæ: utpote cùm totâ Aſiâ extruente quadringentis annis peractum ſit; convenit tectum ejus eſſe è cedrinis trabibus. De ipſo ſimulacro Deæ ambigitur: cæteri ex ebeno eſſe tradunt. Mucianus — vitigineum —* At *Vitruv.* l. 2. c. 9. *cedrinum* fuiſſe ſcribit. Cùm verò fanum illud & ſimulacrum in Scillunte Noſter Dianæ erigere ſtatuiſſet, ad inſtar ejus templi & ſimulacri, quod Epheſi fuit; credi par eſt, eum diligentiùs inſpexiſſe ſimulacrum, & ex quali factum eſſet materiâ cognitum habuiſſe. Forſan tamen χρυσῷ dixit pro κεχρυσωμένῳ, ut Latinis *aureus* ſæpè pro *inauratus* dicitur.

ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. [1] Τὸν δὲ ἔχοντα καὶ καρπούμενον, τὴν μὲν δεκάτην καταθύειν ἑκάστου ἔτους, ἐκ δὲ τοῦ περιττοῦ τὸν ναὸν ἐπισκευάζειν· ἐὰν δέ τις μὴ ποιῇ ταῦτα, τῇ θεῷ μελήσει.

[2] Ἐκ Κερασοῦντος δὲ κατὰ θάλατταν μὲν ἐκομίζοντο [3] οἵπερ καὶ πρόσθεν, οἱ δ᾽ ἄλλοι κατὰ γῆν ἐπορεύοντο. Ἐπεὶ δ᾽ ἦσαν [4] ἐπὶ τοῖς Μοσσυνοίκων ὁρίοις, πέμπουσιν εἰς αὐτοὺς Τιμησίθεον τὸν Τραπεζούντιον, [5] πρόξενον ὄντα τῶν Μοσσυνοίκων, ἐρωτῶντες πότερον ὡς διὰ φιλίας ἢ ὡς διὰ πολεμίας [6] πορεύσον-

SACER. Hunc qui poſſidet atque *inde* fructus percipit, quotannis *eum* decimam conſecrare, & de reliquo templum inſtaurare *oportet*: quòd ſi quis iſta non fecerit, deæ curæ erit.

Cæterùm ex Ceraſunte mari quidem *ii*, qui priùs, vehebantur, cæteri terreſtri pergebant itinere. Cúmque ad Moſynœcorum fines adeſſent, Timeſitheum Trapezuntium, qui Moſynœcorum erat hoſpes, ad eos mittunt, interrogantes utrùm tanquam per pacatum an tanquam per hoſtilem agrum iter ipſis fa-

---

1 *Τὸν δὲ ἔχοντα* &c.] Orationem hanc infinitam ſic ſupplere licet, *Τὸν δὲ ἔχοντα καὶ καρπούμενον δεῖ τὴν μὲν* &c. Hujuſmodi ſupplementum poſtulat oratio Thucydidéa l. 6. c. 80. *Καὶ μὴ ὀκνεῖν τὴν προθυμίαν δηλοῦν*, &c. pro *δεῖ* vel *χρὴ δηλοῦν*. *Phavor*. *Ἀπαρέμφατα ἀντὶ προστακτικῶν λαμβάνονται*. *Homer*. Il. *α΄*. v. 323.

Χειρὸς ἑλόντ᾽ ἄγεμεν Βρισηΐδα ——

ἤγουν ἄγετε. De decimis vide p. 373. n. 5.

2 *Ἐκ Κερασοῦντος δὲ* &c.] Ad hiſtoriæ jam redit ſeriem, quam p. 373. intermiſerat.

3 *Οἵπερ καὶ πρόσθεν*,] *Scil*. *οἵ τε ἀσθενοῦντες, καὶ οἱ ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη, καὶ παῖδες, καὶ γυναῖκες* &c. de quibus vide p. 371.

4 *Ἐπὶ τοῖς Μοσσυνοίκων* &c.] *Strabo* l. 12. p. 825. *τινὲς δὲ* (*ſcil*. eorum, qui *Ἑπτακωμῆται* dicuntur) *ἐπὶ δένδρεσιν ἢ πυργίοις οἰκοῦσι, διὸ καὶ Μοσσυνοίκους ἐκάλουν οἱ παλαιοί, τῶν πύργων μοσσύνων λεγομένων*. *Apollon. Rhod*. l. 2. v. 1018 & ſeq.

Ἱερὸν δ᾽ αὖτ᾽ ἐπὶ τοῖσιν ὄρος καὶ γαῖαν ἀμείψαν,
Ἧι ἔνι Μοσσύνοικοι ἀν᾽ οὔρεα ναιετάουσι
Μόσσυνας· καὶ δ᾽ αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασι.

Scholiaſt. ad ejuſd. lib. v. 379. *Μοσσύνοικοι δὲ ἔθνος καὶ αὐτὸ ἀπὸ τῆς διαγωγῆς τὴν προσηγορίαν ἐσχηκός· μόσσυνες γὰρ οἱ ξύλινοι οἶκοι λέγονται, οἷς καὶ αὐτοὶ ἐχρῶντο*. Sed de his alibi plura.

5 *Πρόξενον*] I. e. *Budæo* interprete, Comm. L. G. p. 257. *publicum hoſpitem*. Heſych. *Πρόξενοι, οἱ προστάται καὶ ξενίας ἐπιμελούμενοι, ἤγουν τοὺς ξένους ὑποδεχόμενοι*. *Phavor*. *Πρόξενος, ὁ ὑπὸ πόλεως ἠξιωμένος ἐν τῇ σφετέρᾳ προΐστασθαι ξένων· οἷος Ἀντήνωρ ἐν τοῖς Τρωσί, καὶ ὁποῖοι οἱ βασιλικοὶ διοικηταί*. Idem, *Πρόξενος, ὁ κοινῇ τῆς πόλεως ὅλης φίλος*. *Suid*. *Προξένους ἐκάλουν τοὺς τεταγμένους ἐπὶ τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους, τοὺς ἐξ ἄλλων πόλεων ἥκοντας*. *Ammon*. *Πρόξενος καὶ Ἰδιόξενος καὶ Δορύξενος διαφέρει. Πρόξενος, πόλεως καὶ ἔθνους· Ξένος δ᾽ ὁ εἷς ἑνός. Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ Ἰδιόξενος. Δορύξενος δὲ ὁ κατὰ πόλεμον γενόμενος φίλος*.

6 *Πορεύσονται*] Sic rectè MS. Eton. Hactenùs in libris pleriſque ſcriptum *πορεύονται*. At *Steph. Leuncl. Portus* uno ore auctores ſunt, ut vel *πορεύσονται* vel *πορεύοιντο* reſcriberetur.

ται τῆς χώρας. Οἱ δ' [1]εἶπον ὅτι οὐ διοίσειεν· ἐπίστευον γὰρ τοῖς χωρίοις. Εντεῦθεν λέγει ὁ Τιμησίθεος ὅτι πολέμιοί εἰσιν αὐτοῖς [2]οἱ ἐκ τοῦ ἐπέκεινα· [3]καὶ ἐδόκει καλέσαι ἐκείνους, εἰ βούλοιντο συμμαχίαν ποιήσασθαι· καὶ πεμφθεὶς ὁ Τιμησίθεος, [4]ἧκεν ἄγων τοὺς ἄρχοντας. Επεὶ δὲ ἀφίκοντο, συνῆλθον οἵ τε τῶν Μοσυνοίκων ἄρχοντες καὶ οἱ στρατηγοὶ τῶν Ελλήνων· καὶ ἔλεγε μὲν Ξενοφῶν, ἡρμήνευε δὲ Τιμησίθεος·

"Ω ἄνδρες [5]Μοσσύνοικοι, ἡμεῖς διελθεῖν βουλόμεθα εἰς τὴν "Ελλάδα πεζῇ· πλοῖα γὰρ οὐκ ἔχομεν· κωλύουσι δὲ οὗτοι ἡμᾶς, "οὓς ἀκούομεν ὑμῖν πολεμίους εἶναι. Εἰ οὖν βούλεσθε, ἔξεστιν

ciendum foret. Illi perinde fore aiebant; quippe qui locis munitis fidebant. Tum Timeſitheus narrat eſſe iis hoſtes *illos*, qui ulteriùs *habitarent*: quare viſum eſt hos ut advocarent, ſi belli ſocietatem inire vellent; atque adeò miſſus *ad eos* Timeſitheus, *ſecum unà* ductis *gentis* principibus rediit. Poſteaquam advenisſent, tum Moſynœcorum principes tum Græcorum convenêre duces: ac Xenophon quidem verba fecit, *quæ* Timeſitheus interpretatus eſt:

"Cupimus nos, Moſynœci, pedeſtri itinere in Græciam tranſire; navigia quippe non habemus: verùm nos impediunt ii, "quos vobis hoſtes eſſe audimus. Quapropter ſi velitis, licet *jam*

---

[1] Εἶπον ὅτι οὐ διοίσειεν] Similiter eodem verbo uſus eſt *Ælian.* H. V. l. 3. c. 32. Καὶ τί διοίσει, ἔφη, &c. Idem l. 7. c. 14. Οὐδὲν γὰρ διοίσει, εἴ τις &c.

[2] Οἱ ἐκ τοῦ ἐπέκεινα.] Elliptica eſt locutio, hoc forſan modo ſupplenda: οἱ ἐκ τοῦ τόπου vel μέρους, ἐπ' ἐκεῖνα χωρῶν, vel μέρη, ὄντες. *Thucyd.* l. 7. c. 58. οἱ τοῦ ἐπέκεινα ἱδρυμένοι Σικελιῶται I. e. *Æ. Porto* interprete, οἱ τοῦ ἐπέκεινα μέρους, οἱ τοῦ μέρους τοῦ ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ χωρίου, οἱ ἐκείνοις τοῖς χωρίοις ὄντες. Idem l. 8. c. 104. ἄχρι τοῦ ἐν τῷ ἐπέκεινα αὐτοῦ γεγονέναι &c. i. e. *ita ut ea, quæ in ulteriore illius parte ſtabant* &c. Vulgò quidem pro adverbio habetur ἐπέκεινα. *Heſych.* & *Phavor.* Ἐπέκεινα, περαιτέρω, (ſcribo, περαιτέρω) ἀνωτέρω, ἐξωτέρω.

[3] Καὶ] Vide p. 299. n. 5.

[4] Ἧκεν &c.] Verbum hoc ſenſum τοῦ ἐπανέρχομαι apud Noſtrum ſæpè obtinet. Sic ſuprà p. 355. ἀποπεμφθέντα ἵν' ἂν ἐγὼ ἔλθω ἥξω δὲ ταχέως. Et Joh. XIV. 18. ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. ubi ſimplex itidem compoſiti illius vicem ſupplet.

[5] Μοσσύνοικοι.] Hi nimirum, qui in ulteriore Ponti litore habitabant, mores plerumque illorum imitati, ad quos primò acceſſerat Timeſitheus, idem quoque, quod illi, nomen adepti ſunt.

“ὑμῖν ἡμᾶς λαβεῖν συμμάχους, καὶ τιμωρήσασθαι εἴ τι πώποθ’ “ὑμᾶς οὗτοι ἠδίκησαν, καὶ τὸ λοιπὸν ὑμῶν ὑπηκόους ἔσεσθαι τούτους. [1] Εἰ “δὲ ἡμᾶς ἀφήσετε, σκέψασθε πόθεν αὖθις ἂν τοσαύτην δύναμιν λάβοιτε σύμμαχον.” Πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο ὁ ἄρχων τῶν Μοσυνοίκων ὅτι καὶ βούλοιντο ταῦτα, καὶ δέχοιντο τὴν συμμαχίαν. “Ἄγετε δὴ, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, τί ἡμῶν δεήσεσθε χρήσασθαι, ἂν σύμ-“μαχοι ὑμῶν γενώμεθα; [2] καὶ ὑμεῖς τί οἷοί τε ἔσεσθε ἡμῖν συμ-“πρᾶξαι περὶ τῆς διόδου;” [3] Οἱ δ’ εἶπον ὅτι ἱκανοί ἐσμεν εἰς τὴν χώραν [4] εἰσβάλλειν, ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα, τὴν τῶν ὑμῖν τε καὶ ἡμῖν πολεμίων, καὶ δεῦρο ὑμῖν πέμψαι ναῦς τε καὶ ἄνδρας, οἵτινες ὑμῖν συμμαχοῦνταί τε καὶ τὴν ὁδὸν ἡγήσονται.

“vobis nos belli ſocios adſciſcere, atque *adeò illos*, ſi quâ un-“quam vos illi adfecerunt injuriâ, ulciſci, ſnque poſterum ut ve-“ſtro pareant iidem imperio *efficere*. Quòd ſi nos dimiſeritis, cir-“cumſpicite *tandem* unde tantum, vobis qui opituletur, exerci-“tum accepturi ſitis.” Ad hæc Moſynœcorum princeps reſpondit velle ſe hæc, & ſocietatem *eorum* accipere. “Agite verò, in-“quit Xenophon, quam ad rem noſtrâ vobis opus erit uti ope-“râ, ſi vobiſcum belli ſocietatem ineamus? ac vos quid adju-“menti ad *expediendum* nobis tranſitum adferre poteritis?” Nobis, inquiunt, ſatis virium eſt ad invadendum ex alterâ parte illorum agrum, qui & vobis & nobis hoſtes ſunt; *poſſumus* etiam huc ad vos tum naves tum viros mittere, qui & auxilio vobis fuerint & viæ ſe duces præſtituri.

---

[1] Εἰ δὲ ἡμᾶς ἀφήσετε,] I. e. ſi eos ulciſcendi facultatem, quam vobis jam daturi ſumus, dimiſeritis.

[2] Καὶ ὑμεῖς τί οἷοί τε &c.] MS. Eton. exhibet καὶ ὑμεῖς τί οἴεσθε ἔσεσθαι &c. Libri typis impreſſi, καὶ ὑμεῖς ποῖοί τε ἔσεσθε &c. Ipſe cum *Stephano* malui ex utrâque illâ tertiam, eámque adeò ſinceram, opinor, lectionem conficere. Eleganter autem τί οἷοί τε dicitur pro τί δυνήσεσθε. Sic *Thucyd.* l. 8. c. 65. οἳ ἂν μάλιστα τοῖς τε χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν ὠφελεῖν οἷοί τε ὦσι.

[3] Οἱ δ’ εἶπον ὅτι &c.] Abundat hæc vocula, ut aliàs ſæpè. *Thucyd.* lib. 5. cap. 10. — Βρασίδας — λέγει τοῖς μεθ’ ἑαυτοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅτι οἱ ἄνδρες ἡμᾶς οὐ μένουσι. Et ibid. c. 30. εἰρῆσθαι δ’ ὅτι ἢν μὴ θεῶν ἢ ἡρώων κώλυμά τι ᾖ. Vide K. Π. p.504. n. 1. & *Steph.* Append. ad ſcripta de Dial. Att. p. 75 & ſeq.

[4] Εἰσβάλλειν, ἐκ τοῦ ἐπὶ &c.] Sic *Thucyd.* l. 7. c. 37

[1] Ἐπὶ τούτοις πιστὰ δόντες καὶ λαβόντες, ᾤχοντο· καὶ ἧκον τῇ ὑστεραίᾳ ἄγοντες τριακόσια [2] πλοῖα μονόξυλα, καὶ ἐν ἑκάστῳ τρεῖς ἄνδρας· ὧν οἱ μὲν δύο ἐκβάντες, εἰς τάξιν ἔθεντο τὰ ὅπλα· ὁ δὲ εἷς ἔμενε. Καὶ οἱ μὲν, λαβόντες τὰ πλοῖα, ἀπέπλευσαν· οἱ δὲ μένοντες ἐξετάξαντο οὕτως· [3] Ἔστησαν ὥσπερ, ἀνὰ ἑκατὸν μάλιστα, οἱ χοροὶ, ἀντιστοιχοῦντες ἀλ-

His conditionibus cùm dediſſent *utrinque* fidem & accepiſſent, *ad ſuos* abière; ac poſtridie cum trecentis navigiis monoxylis venerunt, tribúſque in ſingulis viris; quorum duo *de navigiis* egreſſi, ad *Græcorum* aciem ſe adjungebant; unus *in navigio* manebat. Atque illi quidem, ſumptis navigiis, *indè* enavigârunt; qui verò manebant hoc ſe modo in aciem diſpoſuerunt: Steterunt, centuriatim admodum, tanquam chori, alii aliis reſpon-

---

c. 37. — καὶ ἡ χαράκωσις τῶν Συρακουσίων οὐκ ἔτι ἐπὶ θάτερα ἀντέστη τοῦ τείχους. Cæterùm, quâ ratione locutio ſit ſupplenda, diſcas licet ex p. 380. n. 2.

[1] Ἐπὶ τούτοις] Uſitata in fœderibus ineundis formula. *Mar. Oxon.* p. 72. ed. *Mait.* Ἐπὶ τοῖσδε συνέθεντο &c. *Thucyd.* l. 4. c. 16. Αἱ μὲν σπονδαὶ ἐπὶ τούτοις ἐγένοντο, &c. Adde ſuprà p. 299. n. 3. Cæterùm, legitur etiam Ἐπὶ τοιούτοις.

[2] Πλοῖα μονόξυλα,] *Heſych.* Μονοξύλοις, πλάνοις. Ità & *Phavor.* Apud utrumque forſan reponendum, Μονοξύλοις, πλοίοις. Lexicon Gr. Lat. vetus: Μονόξυλον, *Linter.* Arrian. *Peripl.* M. E. p. 151. edit. *Blanc.* hujuſmodi navigia memorat: Ἐν δὲ ἐν αὐτῇ (Menuthiâ) πλοιάρια ῥαπτὰ καὶ μονόξυλα, οἷς χρῶνται &c. Ipſâ vocé Græcâ uſus eſt *Plin.* N. H. l. 6. c. 23. *Regio autem, ex quâ piper monoxylis lintribus Caracen convehunt, vocatur Cottonara.*

[3] Ἔστησαν ὥσπερ, ἀνὰ &c.] Sic MS. Eton. atque edit. ferè omnes. At in *Stephan.* legitur Ἔστησαν ὥσπερ ἀνὰ ἑκατὸν μάλιστα, οἷον χοροὶ, ἀντιστοιχοῦντες &c. Ipſe *Steph.* illud οἷον in exemplaribus minimè contemnendis reperiri ſcribit. Lectionem *Steph.* improbat *Leunclavius*; putátque adeò factam quandam vocum trajectionem, ut hoc modo legatur, Ἔστησαν ἀνὰ ἑκατὸν μάλιστα, ὥσπερ οἱ χοροὶ, &c. *Steph.* etiam, modò retinueris οἱ χοροὶ, loco ſuo movendum ὥσπερ, & ante οἱ χοροὶ ponendum, cenſuit. Ipſe nec ſcripturam vocum, nec ordinem mutatum velim. Non infrequens utique eſt apud elegantiſſimos etiam Græciæ ſcriptores iſtiuſmodi verborum trajectio. Noſter ſuprà p. 364. ἀπήλλαξαν τῶν λόχων ἕκαστον ποιήσαντες τῶν λοχαγῶν, &c. Herodot. l. 1. c. 109. ἄλλο τί ἢ λείπεται τὸ ἐνθεῦτεν ἐμοὶ κινδύνων ὁ μέγιστος; *Dionyſ. Hal.* de *Thucyd.* Hiſt. judic. c. 31. "Καὶ ὅρκοι, φησίν, εἴ που ἄρα ἐγίγνοντο ξυναλλαγῆς, ἐν τῷ αὐτίκα πρὸς τὸ ἄπορον ἑκατέρῳ διδόμενοι, ἴσχυον, οὐκ ἐχόντων ἄλλοθεν δύναμιν." Ἐν τούτοις, inquit Criticus, ὑπερβατόν τε καὶ ἀσάφειαν· οἱ μὲν γὰρ "Ὅρκοι τῆς ξυναλλαγῆς" σημαινόμενον ἔχουσι τοιοῦτον, "Οἱ δὲ περὶ τῆς φιλίας ὅρκοι εἴ που ἄρα γένοιντο." Τὸ δὲ "ἴσχυον," δι' ὑπερβατοῦ κείμενον, τοῦ "αὐτίκα" ὕστερον· βούλεται γὰρ δηλοῦν, "Ἐν τῷ παραυτίκα ἴσχυον." Ibid. lege plura. Extant autem illa *Thucyd.* verba l. 3. c. 82. Collatis hiſce exemplis, haud ità dura videbitur verborum ſtructura. 1 Joh. II. 27. Καὶ ὑμεῖς, τὸ χρίσμα &c. *Suid.* Ἀντιστοιχοῦντες· Ἔστησαν ὥσπερ μάλιστα χοροὶ, ἀντιστοιχοῦντες ἀλλήλοις, ἔχοντες γέῤῥα πάντες βοῶν λευκῶν. Sed in hoc adcuratam citandi diligentiam (quod & aliàs monui) fruſtrà

λήλοις, ἔχοντες γέῤῥα πάντες [1] λευκῶν βοῶν δασέα, [2] εἰκασμένα κιττοῦ πετάλῳ· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ [3] παλτὸν ὡς ἑξάπηχυ, ἔμπροσθεν μὲν λόγχην ἔχον, ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ τοῦ ξύλου σφαιροειδές. Χιτωνίσκους δὲ ἐνδεδύκεσαν ὑπὲρ γονάτων, πάχος ὡς [4] λινοῦ στρωματοδέσμου· ἐπὶ δὲ τῇ κεφαλῇ κράνη [5] σκύτινα, οἷάπερ τὰ Παφλαγονικὰ, [6] κρώβυλον ἔχοντα κατὰ μέσον, ἐγγυτάτω τιαροειδῆ· εἶχον δὲ καὶ [7] σαγάρεις

dentes, omnes inſtructi gerris denſis, ex alborum boum coriis, ad hederæ folii ſimilitudinem factis; dextrâ ſex ferè cubitûm paltum *tenentes*, cujus anterior pars cuſpidem habebat, poſterior ſphæralem ligni ipſius formam. Tunicis ſupra genua induti erant, *quarum erat ea* craſſitudo, quæ lineæ faſciæ, quâ ſtragula veſtis conſtringitur: in capite coriaceas *geſtabant* galeas, cujuſmodi ſunt Paphlagonicæ, quarum in medio ſpira erat tortilis, tiaræ formam quàm proximè referens: habebant etiam ſecures

---

frustrà quæſiveris. Porrò, μάλιστα hic loci, & apud *Thucyd.* plus vice ſimplici, valet idem atque *admodum*, cùm vocibus numerum denotantibus adjunctum eſt; i. e. *ferè, circiter*. Vide ſis *Thucyd.* l. 1. c. 13. & c. 93. *Liv.* l. 44. c. 43. *Cæſar.* de B. G. l. 5. c. 40. & quæ ibi ad vocem *admodum* notavit Cl. *Daviſ.*

1 Λευκῶν βοῶν] *Euſtath.* ad *Homer.* Il. Υ'. v. 141. Ἱστέον δὲ ὅτι ἐλέφαντα μὲν λέγει τὸ ἐλεφάντινον ὀστοῦν· τοῦ δὲ ὅλου ὀνόματι ὀνομάζων τὸ μέρος ὃ φέρει ὁ βοῦς, τὸ δέρμα, ἡ βύρσα. Adde Il. η'. 238. & alibi. Hujuſmodi forſan thoracibus uſi ſunt equites illi, qui p. 78. λευκοθώρακες adpellantur.

2 Εἰκασμένα κιττοῦ πετάλῳ] *J. Poll.* l. 1. c. 134. Πέλτη Ἀμαζονική, ἥν φησι Ξενοφῶν, παρεικάσθαι κιττοῦ πετάλῳ. Hunc locum, opinor, reſpexit. *Suidas* ipſa Xenophontis verba citat ad v. Πετάλῳ.

3 Παλτὸν] Quid ſit, docebit Index vocab. Perſic. K. Π. noſtræ adjectus.

4 Λινοῦ στρωματοδέσμου.] Vocant Græci *στρωματόδεσμον ſtragulæ veſtis involucrum.* De Cleopatræ commento, quo periculum ad vitandum uſa eſt, ſic *Plutarch.* in *Cæſare* p. 731. ἀπορίᾳ δὲ λαθεῖν ὄντος ἄλλως, ἡ μὲν εἰς στρωματόδεσμον ἐνδῦσα, προτείνει (repone προτείνασα) μακρὰν ἑαυτήν· ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος ἱμάντι συνδήσας τὸν στρωματόδεσμον, εἰσκομίζει &c. Plura ſi deſiderès, adi doctiſ. *Caſaubon.* animad. in *Athen.* l. 1. c. 4. *Tho. Magiſt.* Στρωματοδέτης μὴ εἴπῃς ἐπὶ στρωμάτων, ἀλλὰ στρωματόδεσμος, καὶ στρωματόδεσμον, οὐδετέρως. *Moer. Attic.* Στρωματόδεσμος, Ἀττικῶς· στρωματοδέτης, Ἑλληνικῶς.

5 Σκύτινα &c.] *Suid.* Σκύτινος, δερμάτινος. Deinde, paucis interjectis, locum hunc Xenoph. citat.

6 Κρώβυλον &c.] In *Suidâ*, ad v. Κρώβυλος, legitur etiam hic locus. Eodem interprete, Κρώβυλος eſt ὁ μαλλὸς τῶν παιδίων (ſic quoque reſcribendum in *Heſych.* & *Phavor.*) — ὁ ἐκ τῶν τριχῶν συμπλεγμένος κόσμος. *Scholiaſt.* in *Thucyd.* l. 1. c. 6. Κρώβυλος δέ ἐστιν εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν, ἀπὸ ἑκατέρων εἰς ὀξὺ ἀπολῆγον. *Harpocrat.* Κυρίως δὲ εἶδος ἐμπλοκῆς ἐστὶ ὁ κρώβυλος. Sic & Etymol. m. auctor. Vide ſis quæ de hâc voce notârunt *Perizon.* & *Kuhn.* ad *Ælian.* V. H. l. 4. c. 22.

7 Σαγάρεις] Conſule Indic. Etymol. K. Π. adjectum.

σιδηρᾶς. Εντεῦθεν ἐξῆρχε μὲν αὐτῶν εἷς, οἱ δ' ἄλλοι [1] πάντες ᾄδοντες ἐπορεύοντο ἐν ῥυθμῷ, καὶ διελθόντες διὰ τῶν τάξεων καὶ [2] διὰ τῶν ὅπλων τῶν Ελλήνων, ἐπορεύοντο εὐθὺς πρὸς τοὺς πολεμίους, ἐπὶ [3] χωρίον, ὃ ἐδόκει ἐπιμαχώτατον εἶναι. [4] Εκειτο δὲ τοῦτο πρὸ τῆς πόλεως, τῆς μητροπόλεως καλουμένης αὐτοῖς, καὶ ἐχούσης [5] τὸ ἀκρότατον τῶν Μοσσυνοίκων· [6] καὶ περὶ τούτου ὁ πόλεμος ἦν· οἱ γὰρ ἀεὶ τοῦτ' ἔχοντες ἐδόκουν ἐγκρατεῖς πάντων Μοσσυνοίκων εἶναι. [7] Καὶ ἔφασαν τούτους οὐ δικαίως ἔχειν [8] τοῦτο, ἀλλὰ κοινὸν ὂν καταλαβόντας [9] πλεονεκτεῖν.

ferreas. Tum verò ex iis unus *progreſſum à cantu* auſpicatus eſt, cæteríque omnes cum cantu incedebant in numerum, pérque ordines Græcorum & armatos progreſſi, in hoſtes rectà tendebant, ad caſtellum, quod facillimum eſſe expugnatu videbatur. Situm hoc erat ante urbem, quam ipſi metropolim adpellabant, quæque arcem Moſynœcorum præcipuam continebat; atque *adeò* de hâc bellum *inter ipſos geſtum* erat: nam quolibet tempore, eam qui tenebant, Moſynœcos ii omnes in poteſtate ſuâ habere videbantur. Atque hoc aiebant illos *non jure* tenere, ſed eo quod *utriſque* commune erat occupato, res ſuas amplificare.

---

1 Πάντες ᾄδοντες &c.] Reſpice p. 293. n. 5. Sic ferè de Luſitanis *Diodor. Sic.* l. 4. p. 311. ἐν δὲ τοῖς πολέμοις πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνουσι, καὶ παιᾶνας ᾄδουσιν, ὅταν ἐπίωσι τοῖς ἀντιτεταγμένοις. *Phavor.* Ρυθμὸς, ἁρμονία, ἀκολουθία, παίδευσις· ἢ ἡ τῆς κινήσεως τάξις. *Suid.* ὅταν ἡ ταχεῖα καὶ βραδεῖα τῶν ποδῶν ἄρσις καὶ θέσις λόγον ἔχωσι πρὸς ἀλλήλας, ῥυθμὸς γίνεται.

2 Διὰ τῶν ὅπλων] Vide p. 372. n. 6.

3 Χωρίον, ὃ &c.] Mavult *Muret.* ᾗ ἐδόκει. quam ſcripturam ſequitur *Amaſ.* Sed nil mutandum. *Suid.* & *Phavor.* Επίμαχος· δυναμένη πολεμεῖσθαι: utroque verba hæc Xenophontis adferente.

4 Εκειτο] MS. Eton. ᾤκειτο. Sed lectio vulgata rectè in aliis libris retinetur.

5 Τὸ ἀκρότατον] I. e. *ſupremam* regionis *partem*, maximéque ſive naturâ loci ſive arte editam. Quippe moris erat arces urbium, quas indè adpellârunt ἄκρας, in altis locis ædificare.

6 Καὶ περὶ τούτου ὁ &c.] *Scil.* inter ipſos Moſynœcos.

7 Καὶ ἔφασαν] *Scil.* qui ſe Græcis adjunxerant.

8 Τοῦτο] *Scil.* χωρίον illud, in quod tendebant cum ſociis Græci.

9 Πλεονεκτεῖν.] Vide ſis K. Π. p. 91. n. 1. *Suid.* Πλεονεκτῶ, — πλέον ἔχω — ἀδικῶ. *Heſych.* Πλεονεξία, τὸ πλεῖον τοῦ δέοντος ἐκ τινος λαμβάνειν.

Εἵποντο δ᾽ αὐτοῖς καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὲς, οὐ ταχθέντες ὑπὸ τῶν στρατηγῶν, ἀλλ᾽ ἁρπαγῆς ἕνεκεν. Οἱ δὲ πολέμιοι, [1] προσϊόντων, [2] τέως μὲν ἡσύχαζον· ἐπεὶ δ᾽ ἐγγὺς ἐγένοντο τοῦ χωρίου, ἐκδραμόντες [3] τρέπονται αὐτοὺς, καὶ [4] ἀπέκτειναν συχνοὺς τῶν βαρβάρων, καὶ τῶν συναναβάντων Ἑλλήνων τινάς· καὶ ἐδίωκον, μέχρις οὗ εἶδον τοὺς Ἕλληνας βοηθοῦντας· εἶτα δὲ ἐκτραπόμενοι ᾤχοντο· [5] καὶ ἀποτεμόντες τὰς κεφαλὰς τῶν νεκρῶν, ἐπεδείκνυσαν τοῖς τε Ἕλλησι καὶ τοῖς ἑαυτῶν πολεμίοις· καὶ ἅμα ἐχόρευον, [6] νόμῳ τινὶ ᾄδοντες. Οἱ δ᾽ Ἕλληνες μάλα ἤχθοντο, ὅτι τούς τε πολεμίους ἐπεποιήκεσαν θρασυτέρους, καὶ ὅτι οἱ [7] ἐλθόντες Ἕλληνες σὺν αὐτοῖς ἐπεφεύγεσαν,

Sequebantur hos è Græcis etiam nonnulli, non à ducibus deſignati, ſed prædæ cauſâ. Hoſtes autem, *illis* accedentibus, primùm quieſcebant: cùm verò propè à caſtello abeſſent, excurſione factâ in fugam eos vertunt, ac barbarorum complures, & Græcorum, qui cum iis adſcenderant, nonnullos interfecerunt: *fugientes* etiam perſequebantur, donec Græcos *ſuis* opem ferre viderent: tum verò converſi diſcedebant: & cùm interfectorum præcidiſſent capita, tum Græcis tum hoſtibus *ea* ſuis oſtentabant; ſimúlque tripudiabant, ad certum quendam modulum cantantes. At Græci moleſtè admodum ferebant, hoſtes à ſuis audentiores eſſe redditos, ac Græcos, qui cum iſtis profecti fuerant, cùm

---

[1] Προσϊόντων,] Hanc lectionem MSto Eton. debemus. In libris editis ſcribitur προϊόντων. Hæc autem invicem permutata vidimus p. 110. n. 1.

[2] Τέως μὲν &c.] *Phavor.* Τέως, ἀντὶ τοῦ ἐν τοσούτῳ —— καὶ [illegible] —— καὶ ἀντὶ τοῦ μέχρι τοῦ νῦν. *Ælian.* V. H. l. 10. c. 9. — τέως μὲν εὐφραίνετο, καὶ ἑαυτὸν εἶχεν τῇ ὀργῇ. Ἐπεὶ δὲ αὐτῷ &c.

[3] Τρέπονται αὐτοὺς] Eidem verbo vim activam dedit Noſter *Hiſt. Gr.* l. 1. haud ità longè ab init. τούτους δὲ τρεψάμενοι καὶ &c.

[4] Ἀπέκτειναν συχνοὺς τῶν &c.] *Scil.* eorum, qui ſe ſocios Græcis addiderant.

[5] Καὶ ἀποτεμόντες τὰς κεφαλὰς &c.] Sic ſuprà p. 335. Chalybes: καὶ ἀποτέμνοντες τὰς κεφαλὰς, ἔχοντες ἐπορεύοντο· καὶ ᾖδον, καὶ ἐχόρευον, ὁπότε οἱ πολέμιοι ὄψεσθαι αὐτοὺς ἔμελλον. Hoc utique eo conſilio patrabant barbaræ gentes, ut ſe victores oſtentando ſuis animum adderent, hoſtibus contrà terrorem incuterent.

[6] Νόμῳ τινὶ ᾄδοντες] *Suid.* & *Phavor.* Νόμος, ὁ κιθαρῳδικὸς τρόπος τῆς μελῳδίας, ἁρμονίαν ἔχων τακτὴν, καὶ ῥυθμὸν ὡρισμένον. Adde p. 335. n. 6. & 7. *Poll.* l. 4. ſegm. 65 & 78.

[7] Ἐλθόντες] MS. Eton. ἐξελθόντες. Sed nil mutandum: cùm ſimplex etiam *proficiſcendi* gaudeat ſignificatione, utì quidem monuimus K. II. p. 420. n. 2.

μάλ' ὄντες συχνοί· ὃ οὔπω πρόσθεν ἐπεποιήκεσαν [1] ἐν τῇ στρατείᾳ.
Ξενοφῶν δὲ συγκαλέσας τοὺς Ἕλληνας, εἶπεν· "Ἄνδρες στρατιῶ-
"ται, μηδὲν [2] ἀθυμήσητε ἕνεκα τῶν γεγενημένων· [3] ἔστι γὰρ ὅ, τι καὶ
"ἀγαθὸν οὐ μεῖον τοῦ κακοῦ γεγένηται. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐπίστασθε ὅτι
"οἱ μέλλοντες ἡμῖν ἡγεῖσθαι, τῷ ὄντι πολέμιοί εἰσιν οἷσπερ καὶ
"ἡμᾶς ἀνάγκη· ἔπειτα δὲ [4] τῶν Ἑλλήνων οἱ ἀφροντιστήσαντες τῆς σὺν
"ἡμῖν τάξεως, καὶ ἡγησάμενοι ἱκανοὶ εἶναι σὺν τοῖς βαρβάροις
"[5] ταὐτὰ πράττειν, ἅπερ σὺν ἡμῖν, δίκην δεδώκασιν· ὥστε αὖθις
"ἧττον τῆς ἡμετέρας τάξεως ἀπολείψονται. Ἀλλ' ὑμᾶς δεῖ [6] παρα-

valde multi fuiſſent, fugiſſe: quod nunquam antea *totâ* in expeditione fecerant. Xenophon autem convocatis Græcis, *hæc* verba fecit: "Nihil animis, viri, demiſſi ſitis propter ea quæ accidêre:
"eſt enim & boni quid non minus malo quod accidit. Nam primùm
"certò ſcitis, eos, qui futuri ſunt itineris noſtri duces, reapſe ho-
"ſtili eſſe in illos animo, quos itidem nos *hoſtium loco ducere* ne-
"ceſſe *eſt*: deinde ex Græcis ii, aciem qui noſtram contempſe-
"runt, & ſe cum barbaris eadem gerere poſſe putârunt, quæ
"nobiſcum *geſſêre*, pœnas dederunt: adeò ut poſthac minùs ſint
"aciem noſtram relicturi. Verùm *ſic* vos paretis voſmet opor-

---

[1] Ἐν τῇ στρατείᾳ.] MS. Eton. atque editi plerique ἐν τῇ στρατιᾷ. Omnino malè. Hanc autem vocis receptæ locum aliàs etiam occupâſſe notavimus Κ. Π. p. 378. n. 1.

[2] Ἀθυμήσητε] MS. Eton. & libri quidam typis impreſſi dant [illegible], alii ἀθυμήσετε. Edit. *Steph.* ſcripturam libens recepi.

[3] Ἔστι γὰρ ὅ, τι καὶ &c.] Eodem modo loquitur *Æſchin.* dial. 2. ſect. 24. ἔστιν ὅ, τι ἂν πλοῦτος [illegible] νομίζοιτο εἶναι διὰ τοῦτο; Idem mox infrà ſect. 25. ſine interrogatione: ὁ γὰρ ἔστιν ὅ, τι ἂν αὐτοῦ [illegible] ἴσως &c. Ducem autem ſe prudentem ſimul & ſtrenuum præbet hic Xenophon, cùm malis adeò non cedendum, ut in iis uſum aliquem ineſſe ſtatuat. *Onoſand.* [illegible] c. 13. [illegible] — ὁ στρατηγὸς τότε μάλιστα τοῖς στρατιώταις ἐλπίδα, & [illegible] [illegible], καὶ [illegible] φαινέσθω.

[4] Τῶν Ἑλλήνων οἱ ἀφροντιστήσαντες] Adi pag. 271. n. 3. Porrò in MSto Eton. legitur ἔπειτα δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων οἱ ἀμελήσαντες &c. De particulâ inlatâ non laboro: at gloſſam ſapit participium. *Phavor.* Ἀφροντιστήσας, ἀμεριμνήσας ἢ ἀμελήσας.

[5] Ταυτὰ] Vulgò, ταῦτα. At *Stephano* recepta meritò probata eſt ſcriptura.

[6] Παρασκευάσασθαι, ὅπως — δόξητε &c.] MS. Eton. dat παρασκευάζεσθαι, ὅπως — δόξητε — [illegible] &c. Mihi quidem placet vulgata ſcriptura. *Phavor.* [illegible] [illegible] [illegible], ὅταν δὲ τὸ [illegible] [illegible] [illegible] ἐπὶ δὲ [illegible] [illegible] [illegible].

“σκευάσασθαι, ὅπως καὶ τοῖς φίλοις οὖσι τῶν βαρβάρων
“δόξετε κρείττους αὐτῶν εἶναι, καὶ τοῖς πολεμίοις δηλώσετε,
“ὅτι οὐχ ὁμοίοις ἀνδράσι μαχοῦνται νῦν τε καὶ ὅτε τοῖς
“ἀτάκτοις ἐμάχοντο.”

Ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν οὕτως [1] διέμειναν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ θύσαντες, ἐπεὶ ἐκαλλιέρησε, ἀριστήσαντες, ὀρθίους τοὺς λόχους ποιησάμενοι, καὶ τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κατὰ ταὐτὰ ταξάμενοι, ἐπορεύοντο, τοὺς τοξότας μεταξὺ τῶν λόχων ὀρθίων [2] ὄντων ἔχοντες, ὑπολειπομένους δὲ μικρὸν τοῦ στόματος τῶν ὁπλιτῶν. Ἦσαν γὰρ [3] τῶν πολεμίων οἱ εὔζωνοι, οἳ κατατρέχοντες τοῖς λίθοις ἔβαλλον. Τούτους οὖν ἀνέστελλον οἱ τοξόται καὶ οἱ πελτασταί· [4] οἱ δ' ἄλλοι βάδην ἐπορεύοντο, πρῶτον μὲν [5] ἐπὶ τὸ

“tet, ut tum iis barbaris, qui *nobis* ſunt amici, præſtantiores
“ipſis videamini, tum hoſtibus declaretis, non jam ipſos cum
“ſimilibus viris pugnaturos, atque cùm *modò* nullius ordinis ob-
“ſervantes ſunt adorti.”

Et hunc quidem diem ità permanſerunt: poſtridie factâ re ſacrâ, ubi egregiè litâſſent, prandio ſumpto, inſtructis cohortibus rectis, ac barbaris eodem modo ad ſiniſtram collocatis, pergebant; ſagittariis intra cohortes rectas receptis, *ità* tamen ut paululum à gravis armaturæ militum fronte abeſſent. Nam inter hoſtes erant expediti, qui *in noſtros* incurſantes lapidibus *eos* petebant. Hos itaque ſagittarii ac peltaſtæ reprimebant: cæteri *milites* gradatim procedebant, primò quidem ad *eum ipſum* loχωρίον, ἀφ' οὗ τῇ προτεραίᾳ οἱ βάρβαροι ἐτράπησαν, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς. Ἐνταῦθα γὰρ οἱ πολέμιοι ἦσαν ἀντιτεταγμένοι. Τοὺς μὲν οὖν πελταστὰς ἐδέξαντο οἱ βάρβαροι, καὶ ἐμάχοντο· ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἦσαν οἱ ὁπλῖται, ἐτράποντο. Καὶ οἱ μὲν πελτασταὶ εὐθὺς εἵποντο, διώκοντες ἄνω πρὸς τὴν μητρόπολιν· οἱ δὲ ὁπλῖται ἐν τάξει εἵποντο. Ἐπεὶ δ' ἄνω ἦσαν πρὸς ταῖς τῆς μητροπόλεως οἰκίαις, ἐνταῦθα δὴ οἱ πολέμιοι ὁμοῦ δὴ πάντες γενόμενοι [1] ἐμάχοντο, καὶ ἐξηκόντιζον τοῖς παλτοῖς· καὶ [2] ἄλλα δόρατα ἔχοντες παχέα, μακρὰ, ὅσα ἀνὴρ φέροι μόλις, τούτοις ἐπειρῶντο ἀμύνεσθαι ἐκ χειρός.

---

[1] Διέμειναν] Vide p. 266. n. 1.

[2] Ὄντων — ὑπολειπομένους] Vox prior in MSto Eton. deeſt: alterius vice *Muretus* reponit ὑπολειπομένοις. Sed Atticorum more πλεονάζειν videtur ὄντων, cui ſimilia exempla ſuppeditat *Steph.* Append. ad Al. Scripta de Dial. Att. p. 77 & ſeq. Cæterùm, de cohortibus ità diſpoſitis vide p. 343. n. 4. Nec minùs commodè procedet oratio, ſi retineas ὑπολειπομένους, ut referatur ad τοξότας, quàm ſi reſcribas ὑπολειπομένοις, quod στόματος reſpiciat oportet.

[3] Τῶν πολεμίων οἱ εὔζωνοι, οἳ &c.] A MSto Eton. abeſt οἳ poſt εὔζωνοι: quam cùm voculam in aliis etiam codicibus deſiderari vidiſſet *Stephanus*, eam quidem delendam, & articulum οἱ, ante εὔζωνοι, in οἳ mutandum cenſuit.

[4] Οἱ δ' ἄλλοι] *Stil.* ὑπόλοιποι.

[5] Ἐπὶ τὸ χωρίον, ἀφ' οὗ &c.] Vide p. 384.

Ἐπεὶ δὲ οὐχ ὑφίεντο οἱ Ἕλληνες, ἀλλ' [3] ὁμόσε ἐχώρουν,

cum, de quo pridie barbari, atque ii qui cum ipſis erant *Græci*, in fugam acti fuerant. Ibi enim hoſtes adverſùs inſtructi ſtabant. Et peltaſtarum quidem impetum ſuſtinebant barbari, pugnamque inibant: verùm ubi gravis armaturæ milites prope *jam ab ipſis* aberant, in fugam ſe convertebant. Ac peltaſtæ ſtatim ſequebantur, ſurſum *eos* ad metropolim perſequentes; at gravis armaturæ milites ordine ſervato ſequebantur. Poſteaquam ſurſum ad ipſas metropolis domos perveniſſent, tum verò in unum collecti hoſtes univerſi dimicabant, paltáque ejaculabantur; & cùm alias haberent haſtas, craſſas, longas, quantas vir *unus* vix geſtaret, his vim *hoſtium* à ſe cominùs propulſare conabantur.

Cùm verò Græci non cederent, ſed ad manus *cum eis* conſe-

---

[1] Ἐμάχοντο, καὶ ἐξηκόντιζον &c.] MS. Eton. atque editi quidam veteres dant ἐμάχοντο τοῖς παλτοῖς &c. καὶ ἐξηκόντιζον prorſus omiſſis; quibus etiam *Steph.* aſteriſcum, notam utique vocum ſuſpectarum, adpoſuit. Sed locum hunc, per me licet, teneant. Similiter Noſter *Hiſt.Gr.* l. 4. paulò ultra med. καὶ τοῖς δόρασιν ἐξακοντίζοντες, &c. Paltum quid ſit docebit Index Etym. Κ. II. adjectus.

[2] Ἄλλα δόρατα ἔχοντες &c.] Sic paſſim Noſter verborum ordinem ſonúmque ad rei exponendæ naturam exigit. Viri certè iniquum haſtæ ingentis pondus ægrè ſuſtinentis labor hic pulchrè depictus eſt, & quaſi ob oculos poſitus —— ὅσα ἀνὴρ φέροι μόλις. Adde p. 352. n. 3. & de μόλις p. 370. n. 1.

[3] Ὁμόσε ἐχώρουν] Confer p. 234. n. 6.

ἔφυγον οἱ βάρβαροι, καὶ [1] ἐντεῦθεν ἅπαντες ἔλιπον τὸ χωρίον. Ὁ δὲ βασιλεὺς αὐτῶν, [2] ὁ ἐν τῷ μόσυνι [3] τῷ ἐπ' ἄκρου ᾠκοδομημένῳ, (ὃν τρέφουσι πάντες κοινῇ αὐτοῦ μένοντα καὶ φυλάττοντα) οὐκ ἤθελεν ἐξελθεῖν, οὐδὲ οἱ ἐν τῷ [4] προτέρῳ αἱρεθέντι χωρίῳ· ἀλλ' αὐτοῦ σὺν τοῖς [5] μοσύνοις κατεκαύθησαν. Οἱ δ' Ἕλληνες διαρπάζοντες τὸ χωρίον, εὕρισκον [6] θησαυ-

rendum pergerent, fugæ ſe dederunt barbari, atque hinc univerſi oppidum reliquerunt. At rex eorum, qui in ligneâ *degebat* turri, loco edito exſtructâ, (quem ibi manentem & cuſtodiam agitantem communiter alunt omnes) *ex eâ* egredi nolebat, ac nè illi quidem *qui* in loco priùs capto *erant*: ſed ibi unà cum ædibus ligneis exuſti fuêre. Græci cùm oppidum diriperent, theſauros

---

[1] Ἐντεῦθεν] Lexic. G. L. vetus exponit, *Hinc, exin.* Hesych. Ἐντεῦθεν, ἔνθεν, ἐκ τούτου. Ad hunc locum adpoſitè & clariùs quidem *Phavor.* Ἐντεῦθεν, παρ' αὐτά, i. e. *confeſtim, protinùs.* Quo ſenſu ſuprà ſæpè venit.

[2] Ὁ ἐν τῷ μόσυνι &c.] Etymol. m. auctor: *Μόσυν, σημαίνει τὰς ξυλίνας οἰκίας.* *Heſych.* & *Phavor.* *Μόσυν, πύργος.* Duplici utique σ nonnunquam exarata eſt vox. *Dionyſ.* Perieg. v. 766.

—— *καὶ οἳ μόσσυνας ἔχουσι*
Δουρατέους.

Ad hæc *Euſtath.* Ὅτι τοὺς *Μοσσυνοίκους* περιφράζων ὁ ἐμμετρολογῶν ὁ *Διονύσιος*, λέγει μόσσυνας ἔχειν δουρατέους, ἤγουν ξυλίνους. Adde p. 379. n. 4. & *Dionyſ. Hal.* A. R. l. 1. c. 26.

[3] Τῷ ἐπ' ἄκρου &c.] Quod ſuprà p. 384. Noſtro τὸ ἀκρότατον τῶν *Μοσσυνοίκων* dicitur. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 260. Ἦν δὲ τὸ χωρίον τοῦτο μητρόπολις τῶν ἄλλων ἐρυμάτων, ἐν ᾧ καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν κατῴκει, τὸν ὑψηλότατον τόπον ἔχων. Ἔθος δ' ἔχει πάτριον μένειν ἐν αὐτῷ τὸν πάντα βίον, κἀκεῖθεν διαδιδόναι τοῖς ὄχλοις τὰ προστάγματα. Excerp. *Nic. Damaſc.* p. 517. leguntur hæc: *Μόσσυνοι τὸν ἑαυτῶν βασιλέα τρέφουσιν ἐν πύργῳ κατακλείσαντες.* *Apoll. Rhod.* l. 2. v. 1028 & ſeq.

Αὐτὰρ ἐν ὑψίστῳ βασιλεὺς μόσσυνι θαάσσων
Ἰθείας πολέεσσι δίκας λαοῖσι δικάζει,
Σχέτλιος &c.

[4] Προτέρῳ] MS. Eton. πρότερον. Sed ſæpiſſimè adjectiva pro adverbiis, tam apud Græcos quàm apud Latinos, poni notiſſimum eſt. Vide ſis p. 344. n. 5.

[5] Μοσύνοις] MS. Eton. *μοσυνοίκοις.* Vulgata forſan ſcriptura librario minùs erat probata, quòd ex *μόσυν*, *νος* &c. juxta regulas grammaticas, *μόσυσι*, non *μοσύνοις*, deductum oportuit. Sed haud pauca reperiuntur nomina, quorum ex diverſis declinationibus formantur caſus: exemplorum copiam vulgus Grammaticorum ſuppeditabit.

[6] Θησαυροὺς] Tam de *copiâ*, quàm de *receptaculo*, rerum quarumcunque adhibetur vox; præcipuè tamen & propriè de rebus pretioſis, quas congerere amant homines & recondere. *Ariſtoph.* Ὀρνιθ. v. 600 & ſeq.

Τοὺς θησαυροὺς τ' αὐτοῖς δείξουσ', οὓς οἱ πρότε-
ροι κατέθεντο.
Τῶν ἀργυρίων ——
Οὐδεὶς οἶδεν τὸν θησαυρὸν τὸν ἐμὸν, πλὴν &c.

De *theca*, ubi res pretioſæ adſervantur, *Philoſtr.* de vitâ *Apollon.* l. 1. c. 39. ἀνοίξας τοὺς θησαυροὺς, ἰδοίμεν &c. dixit, eâdem planè uſus phraſi, quæ Matt. II. 11. reperitur. *J. Poll.* l. 9. ſegm. 44. καὶ θησαυροὶ καὶ ταμιεῖα, ἵνα τὰ χρήματα καὶ οἱ πυροί. Etiam de *malis* Euripid. *Ion.* v. 923.

ροὺς ἐν ταῖς οἰκίαις ἄρτων [1] νενημένων πατρίους περυσινῶν, ὡς ἔφασαν οἱ Μοσύνοικοι· τὸν δὲ νέον σῖτον σὺν τῇ καλάμῃ ἀποκείμενον· ἦσαν δὲ [2] ζειαὶ αἱ πλεῖσται. [3] Καὶ δελφίνων τεμάχη ἐν ἀμφορεῦσιν εὑρίσκετο τεταριχευμένα, καὶ στέαρ ἐν τεύχεσι τῶν δελφίνων, ᾧ ἐχρῶντο οἱ Μοσύνοικοι, καθάπερ οἱ Ἕλληνες τῷ ἐλαίῳ. [4] Κάρυα δ' ἐπὶ τῶν [5] ἀνωγαίων ἦν πολλὰ

panum in ædibus invenerunt congeſtorum patrios anno ſuperiore *confectos*, quemadmodum aiebant Moſynœci: & frumentum novum unà cum *ipſo* culmo conditum; *cujus* maxima pars erat zea. Reperiebantur etiam in amphoris delphinorum fruſta ſale condita, ac delphinorum in vaſis ſevum, quo Moſynœci *ſic* utebantur, ut Græci oleo. In tabulatis nuces erant caſtaneæ multæ

—— *μέγας θησαυρὸς ὡς ἀνεύρετος*
Κακῶν, ἐφ' οἷσι &c.

Similiter Latinis uſurpatur *theſaurus*. Confer Rom. II. 5. & quæ ibi notavit Cl. *Wolfius*: Adag. *Eraſmi* p. 377. *Ælian.* V. H. l. 1. c. 12.

[1] Νενημένων &c.] MS. Eton. & quidam editi habent νενησμένων. Malè. *Suid.* Νενημένων — σεσωρευμένων. Ξενοφῶν· Εὗρον γὰρ θησαυροὺς ἐν ταῖς οἰκίαις ἄρτων νενημένων περυσινῶν. Quæ ex hoc loco corrigenda ſunt & ſupplenda verba. *Heſych.* & *Phavor.* Νενημένων, συγκεχωσμένων· Νένηται, πεπλήρωται, σεσώρευται. Etymol. m. Νῶ, ῥῆμα, δηλοῖ τὸ σωρεύω· ἐξ οὗ ὁ παρακείμενος νένηκα, νένημαι.

[2] Ζειαὶ] *Heſych.* Ζειαὶ, αἱ μὲν, σίτου εἶδος, οἱ δὲ, τὰς ὀλύρας. *Phavorino* eſt εἶδος καρποῦ. *Plin.* N. H. l. 18. c. 8. *Frumenti genera non eadem ubique: nec ubi eadem ſunt, iiſdem nominibus — Ægypto autem ac Syriæ, Ciliciæque & Aſiæ, ac Græciæ peculiares, zea, olyra, tiphe.* ubi vide Cl. *Hard.* n. 3.

[3] Καὶ δελφίνων τεμάχη] *Phavor.* Τέμαχος, κρέως, ἢ ἄρτου, ἢ πλακοῦντος οὐκ ἂν εἴποις, ἀλλὰ τόμος· τὸ γὰρ τέμαχος μόνον ἐπὶ ἰχθύων. Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ v. 895. Πολὺ χεῦμα τεμαχῶν, καὶ κρεῶν ὀπτωμένων. Διὰ γὰρ τοῦ εἰπεῖν, καὶ κρεῶν, ἐδήλωσεν ὅτι τὸ τεμαχῶν ἐπὶ ἰχθύων λέγει. Καὶ τεμάχη, τὰ μέρη τῶν ἰχθύων — *Scholiaſt.* ad *Ariſtoph.* Νεφ. v. 338. ἐπὶ ἰχθύων τὸ τέμαχος, καὶ ἐπὶ πλακοῦντος ἐπὶ δὲ κρεῶν ἐκεῖνο. Conf eund. ad Ιππ. v. 283. Ad hæc exigenda videntur, quæ *Suidas* ſcripſit in v. Τέμαχος.

[4] Κάρυα δ' ἐπὶ τῶν &c.] *J. Poll.* l. 1. ſegm. 232. κάρυα τὰ οὐκ ἔχοντα διαφυὴν· ἃ δ' ἂν ταῦτα τὰ λεπτοκάρυα, ἃ μᾶλλον τὰ ποντικὰ ὀνομάζομεν· φησὶ γὰρ αὐτὰ οὕτως Ξενοφῶν &c. infrà mox citanda. *Salmaſ.* Plinian. exercit. p. 425. *Κάρυα πλατέα ſunt caſtaneæ, quæ ſitu ac facie plana ſunt, non prorſus rotunda; ſed amygdala etiam plana, & aliquanto etiam planiora quàm caſtaneæ. Ideò Xenophon, ut diſtingueret, addidit, οὐκ ἔχοντα διαφυὴν οὐδεμίαν: nam amygdala ab uno latere ſpeciem quandam διαφυῆς præferunt; caſtaneæ ac minimæ nuces, omnino nullam.* Suid. & Phavor. Κάρυον τὸ δένδρον· κάρυα δὲ, ὁ καρπός.

[5] Ἀνωγαίων,] *Phavor.* Ἀνώγαιον, τὸ οἴκημα, — διὰ διφθόγγου καὶ μακροῦ. Repone, καὶ ω μακροῦ. Hanc vocis ſcripturam Lexica alia non agnoſcunt. *Suidas* exhibet Ἀνώγεων, ἀνώγαιον, ἀνώγεον, ἀνώγεων. Etymol. m. τὸ ἄνω τῆς γῆς ὄν, ἀνώγαιον.

τὰ πλατέα, οὐκ ἔχοντα [1] διαφυὴν οὐδεμίαν. [2] Τούτοις καὶ πλεῖστον ὡς σίτῳ ἐχρῶντο, ἕψοντες. Οἶνος δ' εὑρίσκετο, ὃς ἄκρατος μὲν, ὀξὺς ἐφαίνετο εἶναι ὑπὸ τῆς αὐστηρότητος· κερασθεὶς δὲ, εὐώδης τε καὶ ἡδύς.

Οἱ μὲν δὴ Ελληνες ἀριστήσαντες ἐνταῦθα, ἐπορεύοντο εἰς τὸ πρόσω, παραδόντες τὸ χωρίον τοῖς συμμαχήσασι τῶν Μοσυνοίκων. Οπόσα δὲ καὶ ἄλλα παρῄεσαν χωρία τῶν σὺν τοῖς πολεμίοις ὄντων, τὰ εὐπροσοδώτατα οἱ μὲν [3] ἔλειπον, οἱ δὲ ἑκόντες προσεχώρουν. Τὰ δὲ πλεῖστα τοιάδ' ἦν τῶν [4] χωρίων· Απεῖχον ἀλλήλων αἱ πόλεις στάδια ὀγδοήκοντα, [5] αἱ δὲ πλεῖον,

eaque latæ, in quibus nulla erat fiſſura. His elixis ut plurimùm panis loco utebantur. Vinum etiam reperiebatur, quod merum quidem *cùm eſſet*, acidum eſſe præ auſteritate videbatur; dilutum verò, tum fragrans tum dulce.

Et Græci quidem cùm hìc pranſi eſſent, ulteriùs pergebant, oppido Moſynœcis, qui pugnæ ſocii fuerant, tradito. Quæcunque autem oppida eorum, qui ab hoſtium partibus eſſent, alia præterirent, acceſſu facillima quidem alii deſerebant, alii ſponte ſe *iis* dediderunt. Maxima autem oppidorum pars erat hujuſmodi: Diſtabant à ſe invicem urbes ſtadiis octoginta, nonnullæ plus, αἱ δὲ μεῖον· ἀναβοώντων δ' ἀλλήλων [1] συνήκουον εἰς τὴν ἑτέραν ἐκ τῆς ἑτέρας πόλεως. Οὕτως ὑψηλή τε καὶ κοίλη ἡ χώρα ἦν. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενοι [2] ἐν τοῖς φιλίοις ἦσαν, [3] ἐπεδείκνυσαν αὐτοῖς παῖδας [4] τῶν εὐδαιμόνων σιτευτοὺς, τεθραμμένους καρύοις ἑφθοῖς, ἁπαλοὺς καὶ λευκοὺς σφόδρα, καὶ οὐ πολλοῦ δέοντας ἴσους τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος εἶναι· [5] ποικίλους δὲ τὰ νῶτα, καὶ τὰ ἔμπροσθεν πάντα [6] ἐστιγμένους ἀνθέμιον. [7] Ἐζήτουν δὲ καὶ ταῖς

---

[1] Διαφυὴν] In *Conſtant.* Lexic. deeſt hæc vox. Quidam libri διαφυγὴν peſſimè repræſentant.

[2] Τούτοις καὶ πλείστῳ &c.] Sic legendum ſtatuit *Leuncl.* ut ad τούτοις ſubaudiatur χωρίοις. Priùs legebatur, τούτῳ καὶ πλείστῳ σίτῳ ἐχρῶντο &c. *Vitii origo*, pergit idem vir doctus, *ex abbreviaturâ, in πλείστῳ σίτῳ omiſſum ὡς, propter ſimilitudinem cum ultimis & primis literis in horum utroque.* MS. autem Eton. dat τούτοις καὶ πλείστῳ σίτῳ ἐχρῶντο, ἕψοντες, καὶ ἄρτους ὀπτῶντες: quam ſi quis lectionem recipiendam putet, intelligendum erit, ex elixis caſtaneis panes ab iis fuiſſe toſtos. At non temerè ſuſpicatus eſt *Leunclav.* in hâc lectione reperiri ſcholiolum quoddam, quo σίτῳ vox, alioqui panem ſæpè ſignificans, per ἄρτους declaretur, unâ cum uſûs modo, qui expreſſus eſt in ὀπτῶντες.

[3] Ελειπον,] MS. Eton. & editi nonnulli, ἔλιπον. Sed vulgatam ſcripturam poſtulat ſimul & confirmat προσεχώρουν, quod ſtatim legitur. Similem errorem ſublatum videre eſt p. 309. n. 5.

[4] Χωρίων — πόλεις] Sic ferè pro χωρίον, quod *Pauſan.* adhibet l. 8. c. 13 extremo, infrà ejuſd. l. c. 23 legitur πόλισμα.

[5] Αἱ δὲ, &c.] Reſpice p. 84. n. 5.

nonnullæ minùs: quòd ſi magnâ voce inclamarent, ſe mutuò ab urbe unâ ad alteram exaudiebant. Adeò edita erat & concava regio. Poſteaquam pergendo in amica veniſſent *oppida*, oſtenderunt iis pueros divitum ſaginatos, caſtaneis elixis nutritos, teneros valde & candidos, & craſſitie ac longitudine propemodum pari; tergis vario colore imbutis, anterioribúſque *partibus* omnibus picturâ floridâ diſtinctis. Quærebant & cum meretriἑταίραις αἷς ἦγον οἱ Ελληνες, ἐμφανῶς συγγενέσθαι· νόμος γὰρ ἦν σφίσιν οὗτος. Λευκοὶ δὲ πάντες οἱ ἄνδρες καὶ αἱ γυναῖκες. [1]Τούτους ἔλεγον οἱ στρατευσάμενοι βαρβαρωτάτους διελθεῖν, καὶ πλεῖστον τῶν Ελληνικῶν νόμων κεχωρισμένους. Εν τε γὰρ ὄχλῳ ὄντες, ἐποίουν ἅπερ ἄνθρωποι ἐν ἐρημίᾳ ποιήσειαν, ἄλλως δὲ οὐκ ἂν τολμῷεν· μόνοι τε ὄντες ὅμοια ἔπραττον, ἅπερ ἂν [2] μετ' ἄλλων ὄντες· διελέγοντό τε ἑαυτοῖς, [3] καὶ ἐγέλων ἐφ' ἑαυτοῖς, καὶ ὠρχοῦντο ἐφιστάμενοι ὅπου τύχοιεν, ὥσπερ ἄλλοις [4] ἐπιδεικνύμενοι.

---

[1] Συνήκουον] In lexicis ſine auctore reperitur.

[2] Ἐν τοῖς φιλίοις] MS. Eton. & edit. *Ald.* ἐν τοῖς φίλοις *&c.* & rectiùs ità ſcribi putavit *Steph.* Sed retinenda mihi quidem videtur vulgata ſcriptura, & intelligenda χωρίοις. Cujus vocis ellipſin indicavimus p. 196. n. 1. Niſi mavis ἀνθρώποις, cui ſubſtantivo adjectivum illud tribuit Noſter infrà, — ὁ αὐτὸς ἀνθρώπων, καὶ φιλίων καὶ πολεμίων, καὶ &c.

[3] Ἐπεδείκνυσαν] Vide p. 384. n. 7.

[4] Τῶν εὐδαιμόνων σιτευτοὺς, &c.] *Suid.* Εὐδαίμων ὁ πλούσιος. Sic Latinis uſurpatur *beatus*. Vocem eandem de urbibus πλούτῳ ἰσχυούσαις paſſim adhibet Noſter; vide ſis p. 34. n. 2. *J. Poll.* l. 1. ſegm. 233. Φησὶ γὰρ αὐτὸς αὐτῶν (καρύων) Ξενοφῶν, Παῖδας σιτευομένους καρύοις ἑφθοῖς. Idem adcuratiùs locum hunc citat, l. 6. ſegm. 36. Παῖδας σιτευτοὺς Ξενοφῶν ἔφη. *Diodor.* l. 14. p. 260. τοὺς δὲ παῖδας τῶν πλουσιωτάτων τρέφεσθαι καρύοις ἑφθοῖς. Adde p. 400.

[5] Ποικίλους δὲ τὰ νῶτα &c.] *Diodor. Sic.* ibid. ἅπαντας δ' [illegible] τά τε νῶτα καὶ τὰ στήθη [illegible]. *Plin.* N. H. l. 6. c. 4. *Moſſyni notis ſignantes corpora.* P. Mela l. 1. c. 19. *Moſſyni — notis corpus omne perſignant —*

“Equidem, milites, exta (quemadmodùm videtis) quantum “poſſum conſulo, tum veſtrûm tum mei ipſius gratiâ, ut ea lo-“quar & cogitem & agam, quæ tam vobis quàm mihi futura ſint “maximo decori & commodo. Jámque adeò hâc ipſâ de cauſâ “conſulebam exta, num potius eſſet me initium loquendi &

---

[1] Ἐπηγγέλλοντο ὥστε &c.] MS. Eton. ὑπισχνοῦντο ὥστε &c. Perperam, & ex interpretatione. *Phavor.* & *Thom. Magiſt.* Ἐπαγγέλλομαι, ὑπισχνοῦμαι. Eadem reperitur vis & conſtructio particulæ ὥστε *Thucyd.* l. 4. c. 37. εἰ βούλοιντο τὰ ὅπλα παραδοῦναι καὶ σφᾶς αὐτοὺς Ἀθηναίοις, ὥστε βουλεῦσαι &c. & ejuſd. l. c. 46. ξυνέβησαν ὥστε &c. i. e. *compoſitionem ea conditione fecerunt.*

[2] Ἐν τούτῳ] Vide p. 80. n. 4.

[3] Θύεσθαι ὑπὲρ τῆς &c.] Suprà p. 412. modò dixerat θύεσθαι ἐπὶ τούτῳ, ubi vide notata: mox infrà ἐθυόμην περὶ αὐτοῦ &c. Uſque adeò ſtilum variare amant Attici.

[4] Κοινοῦντα] Vet. cod. aliquot (*Stephani* verba legis) vocem paſſivam κοινούμενον hic habent, quâ & alibi eum uti comperio: & infrà paulò leges ἀνακοινούμενος. Hactenus ille. Noſter etiam ſuprà p. 185. paſſivâ hujus verbi formâ uſus eſt; at p. 186. activâ quoque. Et ſic quidem ſæpè auctores. *Thucyd.* lib. 4. c. 4. ὕστερον καὶ τοῖς ταξιάρχοις κοινώσας, &c.

“ προφέρειν περὶ τούτου, ἢ παντάπασι μηδ' ἅπτεσθαι τοῦ πράγ-
“ ματος. Σιλανὸς δέ μοι ὁ μάντις ἀπεκρίνατο, [1] τὸ μὲν
“ μέγιστον, τὰ ἱερὰ καλὰ εἶναι· ([2] ᾔδει γὰρ καὶ ἐμὲ οὐκ ἄπει-
“ ρον ὄντα, διὰ τὸ ἀεὶ παρεῖναι τοῖς ἱεροῖς) ἔλεξε δὲ ὅτι ἐν
“ τοῖς ἱεροῖς φαίνοιτό τις δόλος καὶ ἐπιβουλὴ ἐμοί· [3] ὀρθῶς
“ ἄρα, γιγνώσκων ὅτι αὐτὸς ἐπεβούλευε διαβάλλειν με
“ πρὸς ὑμᾶς. [4] Ἐξήνεγκε γὰρ τὸν λόγον ὡς ἐγὼ πράττειν
“ ταῦτα διανοοίμην ἤδη, οὐ πείσας ὑμᾶς. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν
“ ἀποροῦντας ὑμᾶς ἑώρων, τοῦτ' ἂν ἐσκόπουν, ἀφ' οὗ ἂν
“ γένοιτο ὥστε λαβόντας ὑμᾶς πόλιν, τὸν μὲν βουλόμενον,
“ ἀποπλεῖν ἤδη, [5] τὸν δὲ μὴ βουλόμενον, ἐπεὶ κτήσαιτο ἱκανὰ

“ agendi vobiſcum de his *rebus* facere, an omnino negotium *hoc*
“ nè quidem attingere. Vates certè Silanus mihi reſpondebat
“ exta, quod maximum eſt, læta eſſe: (nôrat enim me quoque
“ *muneris illius* non eſſe imperitum, quippe qui ſacris ſemper
“ adfuerim) aiebat porrò in extis ſignificari fraudem & inſidias
“ adverſùs me: nimirum rectè, cùm cognoſceret *id* ſe inſidioſè
“ molitum, ut me apud vos criminaretur. Nam rumorem extulit
“ me jam hæc facere cogitare, vobis *in ſententiam meam* ſuaden-
“ do non perductis. Ego verò, ſi vos anguſtiis premi viderem,
“ id *utique* conſiderârim, vnde fieri poſſet ut, poſtquam urbem
“ vos *aliquam* ceperitis, qui vellet, jamjam navigio diſcederet;
“ qui *jam* nollet, ubi *ſaltem* eam rerum copiam comparaverit,

---

[1] Τὸ μὲν μέγιστον,] Sic ſuprà p. 26. οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν, τὸ μὲν μέγιστον, &c.

[2] Ἤδει γὰρ καὶ ἐμὲ &c.] Fortaſſis, ait *Stephanus*, ſcripſit Xenophon, ᾔδει γὰρ καὶ ἐμὲ οὐκ ἄπειρον, διὰ τὸ ἀεὶ παρεῖναι, τῶν ἱερῶν. alioqui poſt ἄπειρον ὄντα genitivus [illegible], aliúſve hujuſmodi, deeſſe videri poſſet. Sed nil mutandum: quippe quia rectè dicitur οὐκ ἄπειρον ὄντα, διὰ τὸ ἀεὶ παρεῖναι τοῖς ἱεροῖς, pro οὐκ ἄπειρον ὄντα τῶν ἱερῶν, διὰ τὸ ἀεὶ παρεῖναι αὐτοῖς.

[3] Ὀρθῶς ἄρα, γιγνώσκων &c.] Locus ſic mihi diſtinguendus videtur; ut referatur ὀρθῶς ad ἔλεξε. Vulgò, ὀρθῶς ἄρα γιγνώσκων, &c. ut jungatur ὀρθῶς cum γιγνώσκων.

[4] Ἐξήνεγκε γὰρ τὸν &c.] Sic paulò ſuprà p. 410. ἐκφέρει ὡς τὸ στράτευμα λέγειν, &c. ubi MS. Eton. perperam exhibet εἰσφέρει pro ἐκφέρει.

[5] Τὸν δὲ μὴ βουλόμενον, &c.] Ex præcedenti membro huc etiam adferendum eſt ἀποπλεῖν. Sic infrà εἶναι ſupprimitur: καὶ ὅτι ἐὰν μὲν ὁδὸς εἰς τὴν Ἑλλάδα μέλλῃ εἶναι, αὐτοὺς ἐπαινέσαι δεῖ πορεύεσθαι· ἐὰν δέ τις βούληται ἐς τοὺς βαρβάρους, &c. Cæterùm, οἰκείους dicit, quos paulò ſuprà p. 411 dixerat τοὺς οἴκοι de quibus vide p. 223. n. 4.

“ὥστε καὶ τοὺς ἑαυτοῦ οἰκείους ὠφελῆσαί τι. Ἐπεὶ δ' ὁρῶ ὑμῖν
“καὶ τὰ πλοῖα πέμποντας Ἡρακλεώτας καὶ Σινωπεῖς, καὶ
“μισθὸν [1] ὑπισχνουμένους ὑμῖν ἄνδρας ἀπὸ νουμηνίας, καλόν
“μοι δοκεῖ εἶναι σωζομένοις ἔνθα βουλόμεθα, [2] μισθὸν τῆς
“πορείας λαμβάνειν· καὶ αὐτός τε ἀναπαύομαι ἐκείνης τῆς
“διανοίας, καὶ ὁπόσοι πρός με προσῄεσαν, λέγοντες ὡς
“χρὴ ταῦτα πράττειν, [3] ἀναπαύσασθαί φημι χρῆναι. Οὕ-
“τω γὰρ γιγνώσκω· [4] ὁμοῦ μὲν ὄντες πολλοὶ, ὥσπερ νυνὶ,
“δοκεῖτε ἄν μοι καὶ ἔντιμοι εἶναι, καὶ ἔχειν τὰ ἐπιτήδεια·
“([5] ἐν γὰρ τῷ κρατεῖν ἐστὶ καὶ τὸ λαμβάνειν τὰ τῶν ἡττω-

“ut utilitatem ſuis aliquam adferre poſſit, *tandem etiam diſcede-*
“*ret*. Cùm autem & Heraclienſes & Sinopenſes navigia vobis
“mittere videam, & nonnullos ab ineunte ſtatim menſe ſtipen-
“dium vobis polliceri, commodum mihi videtur eſſe, ut incolu-
“mes quò volumus deducti mercedem itineris accipiamus: at-
“que adeò tum ipſe cogitatione illâ deſiſto, tum, quotquot ad
“me acceſſerunt, hæc facienda adfirmantes, iis *eâdem* deſiſten-
“dum aio. Sic enim ſtatuo: ſi multi quidem unà ſitis, utì nunc,
“& vos in honore futuros, & commeatus habituros arbitror:
“(nam in victoriâ ſitum eſt *hoc* etiam, ut *eâ potiti* facultates etiam

---

[1] Ὑπισχνουμένους ὑμῖν &c.] MS. Eton. ὑπισχνουμένους ὑμῖν, ἅμα ἐκπλεῖν, οἱ ἄνδρες, ἀπὸ νουμηνίας &c. Sed, ἅμα ἐκπλεῖν ex præcedentibus illis, οἱ Ἡρακλεῶται καὶ οἱ Σινωπεῖς ἐπαγγέλλονται ἅμα ἐκπλεῖν, huc tralata videntur.

[2] Μισθὸν τῆς πορείας] In plerisque editis reperitur μισθὸν τῆς στρατείας. MS. Eton. μισθὸν τῆς ἀπορίας. Unde levi mutatione reponendum videtur πορείας: quam lectionem in vertendo loco ſequutus eſt *Leuncl.* necnon vet. verſ. Gall. auctor. Suprà p. 408. Οἱ δ' αὖ Ἕλληνες ἐψηφίσαντο κατὰ θάλατταν τὴν πορείαν ποιεῖσθαι. Μετὰ ταῦτα Ξενοφῶν εἶπεν, Ὦ Σινωπεῖς, οἱ μὲν ἄνδρες ᾕρηνται πορείαν, &c. Cæterùm, μισθὸς πορείας hic dicitur, ut Act. I. 18. μισθὸς τῆς ἀδικίας. Solent enim Græci μισθὸς (uti rectè in *Animadv.* ad *Verſ.* monuit *Vitringa*) paſſim conſtruere cum genitivo, qui exprimit *factum, laborem, opus*, pro quo quis accipit mercedem. Itaque meritò idem vir doctus *Vorſtii* judicium improbat, qui μισθὸν ἀδικίας, loco citato, pro ἄδικον, per hebraïſmum dici ſtatuerat.

[3] Ἀναπαύσασθαι] MS. Eton. ἀναπαύεσθαι. Sed tempus non mutandum. Noſter ſic infrà paulò, — [illegible]. Et — [illegible]. Vide p. 113. n. 3.

[4] Ὁμοῦ μὲν ὄντες] Ità legendum è MSto Eton. Vulgò, ὁμοῦ μὲν γὰρ ὄντες. *Stephanus* etiam particulam γὰρ poſt μὲν expungendam ſtatuit.

[5] Ἐν γὰρ τῷ κρατεῖν &c.] Vide p. 218. n. 6.

“μένων) διασπασθέντες δὲ, καὶ κατὰ μικρὰ γενομένης τῆς δυνάμεως, οὔτ᾽ ἂν τροφὴν δύναισθε λαμβάνειν, οὔτε χαίροντες ἂν [1] ἀπαλλάξαιτε. Δοκεῖ οὖν μοι ἅπερ ὑμῖν, ἐκπορεύεσθαι εἰς τὴν Ελλάδα· [2] καὶ ἂν τις μείνῃ, ἢ ἀπολιπών τινα ληφθῇ, πρὶν [3] ἐν ἀσφαλεῖ εἶναι πᾶν τὸ στράτευμα, κρίνεσθαι αὐτὸν ὡς ἀδικοῦντα. Καὶ ὅτῳ δοκεῖ, ἔφη, ταῦτα, [4] αἱρέτω τὴν χεῖρα.” Ανέτειναν πάντες.

Ο δὲ Σιλανὸς ἐβόα, καὶ ἐπεχείρει λέγειν ὡς δίκαιον εἴη ἀπιέναι τὸν βουλόμενον. Οἱ δὲ στρατιῶται οὐκ ἠνείχοντο, ἀλλ᾽ ἠπείλουν αὐτῷ, εἰ λήψονται [5] ἀποδιδράσκοντα, ὅτι τὴν δίκην ἐπιθήσοιεν. [6] Εντεῦθεν, ἐπεὶ ἔγνωσαν οἱ Ηρακλεῶται ὅτι ἐκπλεῖν δεδογμένον εἴη, καὶ Ξενοφῶν αὐτὸς [7] ἐπεψηφικὼς

“victorum capiant) ſin divulſi *ſitis*, copiæque *veſtræ* in exiguas partes redactæ, neque alimentum capere poteritis, neque *hinc* læti diſceſſeritis. Quapropter mihi quidem perinde ac vobis placet, in Græciam hinc proficiſcendum eſſe: ac ſi quis manſerit, vel *ſuos* prius deſerere deprehenſus fuerit, quàm totus exercitus in tuto conſtiterit, eum tanquam injuriæ reum eſſe damnandum. Et cuicunque, inquit, hæc *agi* placet, manum tollat.” Suſtulerunt omnes.

At Silanus vociferabatur, ac dicere conabatur æquum eſſe ut, qui vellet, abiret. Non ferebant *hoc* milites, ſed minabantur, ſe in eum animadverſuros, ſi fugam ipſum moliri deprehenderent. Mox deinde, ubi Heraclienſes intellexiſſent decretum de navigatione factum eſſe, Xenophontémque ipſum *militum* exquiſiviſſe

---

[1] *Ἀπαλλάξαιτε.*] Sic rectè ſcribendum cenſuit *Steph.* ut conveniat cum *δύναισθε.* In libris antehac editis eſt *ἀπαλλάξητε*: in MSto Eton. *ἀπαλλάξετε*, omnino malè.

[2] *Καὶ ἂν τις μείνῃ, ἢ ἀπολιπὼν* &c.] Ità plerique editi. In MSto Eton. legitur *ἄν τις μὴ ἢ ἀπολιπὼν ληφθῇ*, &c. Unde repoſuerim, *καὶ ἄν τις μείνων ἀπολιπὼν ληφθῇ*, &c. nam cætera ſalvo ſenſu abeſſe poſſunt.

[3] *Ἐν ἀσφαλεῖ*] Vide p. 222. n. 4.

[4] *Αἱρέτω*] MS. Eton. *ἀράτω*. Confer pag. 223. n. 3.

[5] *Ἀποδιδράσκοντα*] Adi, ſi placet, p. 38. n. 3.

[6] *Ἐντεῦθεν.*] Reſpice ſis p. 389. n. 1.

[7] *Ἐπεψηφικὼς εἴη,*] Lege pag. 359. n. 2. Unde conſtabit, interpretes vim verbi parum accepiſſe, qui verterint *ſuffragio ſuo comprobâſſe.*

εἴη, τὰ μὲν πλοῖα πέμπουσι, [1] τὰ δὲ χρήματα, ἃ ὑπέσχοντο Τιμασίωνι καὶ Θώρακι, [2] ἐψευσμένοι ἦσαν τῆς μισθοφορᾶς. Ενταῦθα ἐκπεπληγμένοι ἦσαν, καὶ ἐδεδίεσαν τὴν στρατιὰν, οἱ τὴν μισθοφορὰν ὑπεσχημένοι. [3] Καὶ παραλαβόντες οὗτοι καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς, οἷς ἀνεκεκοίνωντο ἃ πρόσθεν ἔπραττον, (ἅπαντες δ᾽ ἦσαν, πλὴν [4] Νέωνος τοῦ Ἀσιναίου, ὃς Χειρισόφῳ [5] ὑπεστρατήγει· Χειρίσοφος [6] δὲ οὐ παρῆν) ἔρχονται πρὸς Ξενοφῶντα, καὶ λέγουσιν ὅτι μεταμέλοι αὐτοῖς, καὶ δοκοίη κράτιστον εἶναι πλεῖν εἰς Φᾶσιν, ἐπεὶ πλοῖα ἐστι, καὶ κατασχεῖν τὴν Φασιανῶν χώραν. [7] Αἰήτου δ᾽ υἱὸς ἐτύγχανε βασιλεύων αὐτῶν. Ξε-

ſuffragia, navigia quidem *illi* mittunt, ſed ad pecuniam *quod attinet*, quam Timaſioni & Thoraci promiſerant, *in eâ quidem* in ſtipendium *militibus dandâ hos* fefellerunt. Tum verò illi, qui ſtipendium polliciti fuerant, perterrefacti erant, & ab exercitu ſibi metuere cœperunt. Itaque adſumptis hi cæteris etiam ducibus, quibuſcum *ea* communicata erant, quæ priùs geſſerant, (& erant *horum in numero* omnes, præter Neonem Aſinenſem, qui vicariam Cheriſopho ducis operam præſtabat; Cheriſophus enim non aderat) ad Xenophontem veniunt, ac ſui ſe conſilii pœnitere aiunt, optimúmque *adeò ſibi jam* videri ut in Phaſin navigarent, quandoquidem ibi adſunt navigia, ac Phaſianorum occuparent agrum. Eorum autem *id temporis* rex erat Æetæ filius. Reſpondit Xe-

---

[1] Τὰ δὲ χρήματα.] Supple [illegible] quâ de ellipſi vide p. 405. n. 4. & p. 400. n. 6.

[2] Ἐψευσμένοι ἦσαν &c.] Ad Heracleotas referenda videntur, atque adeò ſignificatione activâ accipienda, uti ſuprà p. [illegible] ubi vide n. 2. Trajectione uſus eſt verborum; quæ ſic, opinor, ſuppleveris & in conſtructionis ordinem redegeris, ἐψευσμένοι [illegible] &c. Conſer p. [illegible] n. 3. & p. [illegible] n. 2. Alioquin voces τῆς μισθοφορᾶς delendas cenſuerim.

[3] Καὶ παραλαβόντες] MS. Eton. [illegible] &c. imperitè: nam in τοῦ καὶ ineſſe vim [illegible] ſæpè ſuprà monui. Adi p. 371. n. 5.

[4] Νέωνος τοῦ Ἀσιναίου, &c.] Cujus etiam meminerat p. 373. [illegible]

[5] Ὑπεστρατήγει.] Extat quidem hoc verbum in lexicis, [illegible] auctore. Tu vide ſis p. 197. n. 2.

[6] Δὲ οὐ παρῆν] MS. Eton. [illegible] &c. De [illegible] lege p. [illegible] n. 2.

[7] Αἰήτου δ᾽ υἱὸς] Malè in Steph. edit. legitur [illegible] & in ejuſdem margine [illegible] MS. Eton. & omnes editiones acceptam ſcripturam præſtant.

νοφῶν δ' ἀπεκρίνατο ὅτι οὐδὲν ἂν τούτων εἴποι εἰς τὴν στρατιάν· ὑμεῖς δὲ συλλέξαντες, ἔφη, εἰ βούλεσθε, λέγετε. Ενταῦθα ἀποδείκνυται Τιμασίων ὁ Δαρδανεὺς γνώμην μὴ ἐκκλησιάζειν, ἀλλὰ τοὺς ἑαυτοῦ ἕκαστον λοχαγοὺς πρώτους [1] πειρᾶσθαι πεῖσαι. Καὶ ἀπελθόντες ταῦτα ἐποίουν·

Οἱ δὲ στρατιῶται ἀνεπύθοντο ταῦτα πραττόμενα. Καὶ ὁ Νέων λέγει ὡς Ξενοφῶν, ἀναπεπεικὼς τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς, διανοεῖται ἄγειν ἐξαπατήσας τοὺς στρατιώτας πάλιν εἰς Φάσιν. Ακούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται χαλεπῶς ἔφερον· καὶ σύλλογοι ἐγίγνοντο, [2] καὶ κύκλοι συνίσταντο· καὶ μάλα φοβεροὶ ἦσαν, μὴ ποιήσειαν οἷα καὶ τοὺς τῶν Κόλχων κήρυκας ἐποίησαν, καὶ [3] τοὺς ἀγορανόμους· ὅσοι γὰρ μὴ εἰς τὴν θάλατταν κατέφυγον, κατελεύσθησαν. Επεὶ δὲ ᾐσθάνετο ὁ Ξενοφῶν, ἔδοξεν αὐτῷ ὡς τάχιστα συναγαγεῖν αὐτῶν

nophon nihil horum ad exercitum ſe relaturum: at vos, inquit, ſi vultis, coactis *militibus*, *hæc* exponite. Ibi tum Timaſion Dardanius apertè ſe ſentire dicit concionem non eſſe advocandam, ſed ſingulos adniti debere, ut ſuos primùm cohortium ductores in hanc ſententiam adducant. Itaque digreſſi *à ſe invicem* id, *quod ſuaſerat ille*, agebant.

Milites autem hæc agi inaudîerant. Et Neon ait Xenophontem, ducibus cæteris in ſuam ſententiam penitùs adductis, *de hoc* cogitare, ut milites fraude deceptos in Phaſin rursùs ducat. *Quod* cùm audiiſſent milites, graviter ferebant; ac coetus *jam* fiebant, circulique conſiſtebant: atque adeò timorem *omnibus* ingentem injiciebant, nè patrarent ea, quæ in Colchorum præcones, & rerum venalium curatores patrârant: nam quotquot *horum* in mare non confugerunt, lapidibus erant obruti. Xenophon ubi *rem* animadvertit, viſum eſt ei quamprimùm *eorum*

---

[1] Πρώτους] Vide p.357. n.4. & p.356. n.5.

[2] Καὶ κύκλοι συνίσταντο] Conſule K. II. p. 436. n. 1.

[3] Τοὺς ἀγορανόμους] *Heſych.* Ἀγορανόμος, ἀ- [illegible], ὁ ἐν τῇ ἀγορᾷ τιμῶν τὰ ὤνια. *Suid.* & Etymol. m. Ἀγορανόμοι, οἱ τὰ περὶ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες. *Phavor.* Ἀγορανόμος, ὁ τῆς ἀγορᾶς ἐπιμελούμενος, ὥστε πωλεῖσθαι τὰ ὤνια.

[1] ἀγορὰν, καὶ μὴ ἐᾶσαι συλλεγῆναι αὐτομάτους· καὶ ἐκέλευσε τὸν κήρυκα [2] συλλέξαι ἀγοράν. Οἱ δ', ἐπεὶ τοῦ κήρυκος ἤκουσαν, συνέδραμον καὶ μάλα ἑτοίμως. Ἐνταῦθα Ξενοφῶν τῶν μὲν στρατηγῶν οὐ κατηγόρει ὅτι ἦλθον πρὸς αὐτὸν, λέγει δὲ ὧδε,

"Ἀκούω τινὰ διαβάλλειν, ὦ ἄνδρες, ἐμὲ, ὡς ἐγὼ ἄρα "ἐξαπατήσας ὑμᾶς μέλλω ἄγειν εἰς Φᾶσιν. Ἀκούσατε οὖν μου, "πρὸς θεῶν· καὶ ἐὰν μὲν ἐγὼ φαίνωμαι ἀδικῶν, οὐ χρή με "ἐνθένδε ἀπελθεῖν, πρὶν ἂν δῶ τὴν δίκην· ἂν δ' ὑμῖν φαί"νωνται ἀδικοῦντες οἱ ἐμὲ διαβάλλοντες, οὕτως αὐτοῖς χρῆ"σθε, ὥσπερ ἄξιον. Ὑμεῖς δὲ ἐπίστασθε δήπου ὁπόθεν ὁ ἥλιος "ἀνίσχει, καὶ ὅποι δύεται· καὶ ὅτι, ἐὰν μέν τις εἰς τὴν Ἑλλάδα "μέλλῃ ἰέναι, πρὸς ἑσπέραν δεῖ πορεύεσθαι· [3] ἐὰν δέ τις βούλη-

concionem advocandam eſſe, neque permittendum ut ſponte ſuâ coïrent: atque adeò præconi mandat, ut *eos* in concionem convocaret. Illi, cùm præconem audiiſſent, concurrebant, & *quidem* cupidiſſimè. Ibi tum Xenophon duces *de eo* non accuſabat, quòd ad ipſum venerant, verùm in hanc ſententiam loquutus eſt,

"Audio, milites, quendam me *vobis* criminari, quaſi vos uti"que fraude deceptos ad Phaſin ego ducturus ſim. Quapropter "me, per deos *immortales*, audite; ac ſi quidem manifeſtus fue"ro injuriæ, nequaquam par eſt ut prius hinc diſcedam, quàm "pœnas dedero; ſin vobis compertum fuerit illos, qui me cri"minantur, injurios eſſe, ſic eos tractetis *velim*, ut æquum *eſt*. "Vos autem nôſtis, opinor, quâ parte ſol oriatur, & ubi occidat: "*nôſtis* etiam, ſi quis in Græciam iter perrecturus ſit, ei *ſolem* "verſùs occidentem pergendum eſſe; ſin quis ad barbaros *ſe con-*

---

[1] Ἀγορὰν,] Quid aliàs, & ſæpiſſimè quidem apud Noſtrum, ſignificet vox iſta, videre eſt p. 355. n. 2. Huc quadrat Suidæ expoſitio, Ἀγορὰ· ἡ ἐκκλησία: quo ſenſu paſſim apud Homerum venit.

[2] Συλλέξαι] MS. Eton. συλλέγειν, ut ſuprà modò p. 419. pro vulgato πεῖσαι exhibet πείθειν. Sed lege paulò ſuprà notata ad ἀναπείθεσθαι, p. 416. n. 3.

[3] Ἐὰν δέ τις βούληται εἰς &c.] Poſt verbum ſupple ἰέναι, & confer p. 415. n. 5.

“εἰς τοὺς βαρβάρους, [1] τοὔμπαλιν πρὸς ἕω. [2] Εστιν οὖν ὅστις “[3] τοῦτο δύναιτ' ἂν ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι, ὡς ὁ ἥλιος ἔνθα μὲν “ἀνίσχει, δύεται δὲ ἐνταῦθα· ἔνθεν δὲ δύεται, ἀνίσχει δ' ἐν“τεῦθεν; Αλλὰ μὴν καὶ τοῦτό γε [4] ἐπιστάμεθα, ὅτι ὁ Βο“ρέας μὲν ἔξω τοῦ Πόντου εἰς τὴν Ελλάδα φέρει, Νότος δὲ “εἴσω εἰς Φᾶσιν· [5] καὶ λέγετε ὅταν ὁ Βορρᾶς πνέῃ, ὡς καλοὶ “πλοῖ εἰσιν εἰς τὴν Ελλάδα. [6] Τοῦτο οὖν ἔστιν ὅπως τις ἂν “ἐξαπατήσαι, ὥστ' [7] ἐμβαίνειν, ὁπόταν Νότος πνέῃ; [8] Αλλὰ “γὰρ ὑμᾶς, ὁπόταν γαλήνη ᾖ, ἐμβιβῶ; [9] Οὐκ οὖν ἐγὼ μὲν ἐν “ἑνὶ πλοίῳ πλευσοῦμαι, ὑμεῖς δὲ τοὐλάχιστον ἐν ἑκατόν; Πῶς ἂν “οὖν ὑμᾶς ἐγὼ ἢ βιασαίμην σὺν ἐμοὶ πλεῖν μὴ βουλομένους,

“*ferre* velit, contrà ad ſolis ortum *iter ei dirigendum eſſe*. Eſtne “ergo qui hâc in re vos fallere poſſit, *ſi dicat* ſolem iſthic oriri, “ubi occidit; ibi occidere, quà oritur? Quin hoc etiam novi“mus, Boream extra Pontum in Græciam *naves* agere, No“tum intrò in Phaſin: atque adeò dicitis, flante Boreâ, naviga“tiones in Græciam eſſe ſecundas. Ergóne hoc fieri poſſit, ut “quis *vos ità* decipiat, ut *naves*, Noto flante, conſcendatis? At “vos *in naves*, cùm *maris* fuerit tranquillitas, imponam? Non “igitur ego navi unâ vehar, vos minimùm centum? Quâ ergo “ratione vos ego vel invitos mecum navigare cogam, vel fraude

---

[1] Τοὔμπαλιν] Adi p. 291. n. 2.

[2] Εστιν οὖν ὅστις] Lege p. 85. n. 1.

[3] Τοῦτο δύναιτ' ἂν ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι.] Ante τοῦτο intellige κατά. Eadem reperitur verbi hujuſce cum duplici accuſativo conſtructio K. II. pag. 178. ὃ μὴ [illegible] ἐξαπατήσειν αὐτὸν &c.

[4] Ἐπιστάμεθα.] MS Eton. ἐπίστασθε.

[5] Καὶ λέγετε ὅταν &c.] In MSto Eton. & nonnullis edit. legitur, καὶ αὖ λέγετε ὅτι ὁ βορρᾶς πνεῖ, ὅτι καλὸν πλοῖα ἄγειν, καὶ ἀπελθεῖν εἰς τὴν Ελλάδα. Paulò aliter quidam, καὶ αὖ λέγετε ὅτι ὁ βορρᾶς πνεῖ, ὅτι καλοὶ πλοῖ εἰσιν εἰς τὴν Ελλάδα. Lectionem ipſe amplexus ſum, quam *Stephano* placuiſſe video.

[6] Τοῦτο οὖν &c.] Supple κατά, ut ſuprà modò n. 3. Cæterùm, inter ἂν & ἐξαπατήσαι MS. Eton. exhibet ὑμᾶς.

[7] Ἐμβαίνειν] Intellige εἰς ναῦς vel πλοῖα. Ἐλλειπτικῶς itidem ſcripſit *Apollon. Rhod.* l. 1. v. 1275 & ſeq. —— ὦρτο δὲ Τῖφυς
Ἐσβαίνειν ὀρόθυνεν ἐπαυρέσθαι τ' ἀνέμοιο.
Οἱ δ' εἰσέβαινον ἄφαρ λελιημένοι.

[8] Ἀλλὰ γὰρ &c.] In MSto Eton. & editis quibuſdam reperitur Ἀλλ' ἄρα *&c.* quæ lectio interrogatione vacat.

[9] Οὐκ οὖν &c.] In edit. *Steph.* ſcribitur οὐκοῦν ἐγὼ *&c.* ſine interrogatione.

“ἢ ἐξαπατήσας ἄγοιμι; [1] Ποιῶ δ' ὑμᾶς ἐξαπατηθέντας
“καὶ καταγοητευθέντας ὑπ' ἐμοῦ ἥκειν εἰς Φᾶσιν· [2] καὶ δὴ
“καὶ ἀποβαίνομεν εἰς τὴν χώραν· γνώσεσθε δήπου ὅτι οὐκ ἐν
“τῇ Ελλάδι ἐστέ· καὶ ἐγὼ μὲν ἔσομαι ὁ ἐξηπατηκὼς εἷς ὑμᾶς,
“ὑμεῖς δὲ οἱ ἐξηπατημένοι, ἐγγὺς μυρίων, ἔχοντες ὅπλα.
“Πῶς ἂν οὖν εἷς ἀνὴρ μᾶλλον δοίη δίκην, ἢ οὕτω περὶ αὑτοῦ τε καὶ ὑμῶν βουλευόμενος; Ἀλλ' οὗτοί εἰσιν οἱ λόγοι
“ἀνδρῶν ἠλιθίων, καὶ ἐμοὶ φθονούντων, ὅτι ἐγὼ ὑφ' ὑμῶν τιμῶμαι. Καίτοι οὐ δικαίως γ' ἂν μοι φθονεῖεν. Τίνα γὰρ
“αὐτῶν κωλύω ἢ λέγειν, εἴ τις τι δύναται, ἀγαθὸν ἐν
“ὑμῖν, ἢ μάχεσθαι, εἴ τις ἐθέλοι, ὑπὲρ ὑμῶν τε καὶ ἑαυτοῦ, ἢ ἐγρηγορέναι περὶ τῆς ὑμετέρας ἀσφαλείας ἐπιμελόμενον; [3] Τί γάρ; ἄρχοντας αἱρουμένων ὑμῶν ἐγώ τινι

“deceptos ducam? Verùm fac, deceptos & *quibusdam quasi* præstigiis à me delinitos ad Phaſin vos venire; & verò etiam in
“regionem *de navibus* egredi: intelligetis certè vos in Græciâ
“non eſſe; & ego quidem vos qui deceperim unus ero, vos verò, qui decepti fueritis, ferè decies mille homines, armis inſtructi. Qui ergo poſſit vir unus pœnas certiùs dare, quàm ſi
“hoc pacto tum ſibi tum vobis conſulat? At ſermones hi ſtultorum ſunt hominum, ac mihi invidentium, quòd à vobis honore adficior. Verùm non jure ſanè mihi invident. Nam quem
“eorum impedio quominùs vel apud vos proferat, ſi quis, ex
“uſu quod ſit, quid *proferre* valeat; vel pro vobis ac ſeipſo pugnet, ſi quis *ità* velit; vel pro incolumitate veſtrâ ſolicitè vigilet? Quid enim? magiſtratus cùm vos legiſtis egóne cuiquam

---

[1] Ποιῶ] Vim eandem huic verbo tribuit Noſter K. Π. p. 136. [illegible] Cæterum, καταγοητεύω, à quo deductum participium mox ſequitur, in lexicis ſine auctore reperitur. Eo tamen uſus etiam eſt Noſter K. Π. p. 570. [illegible] &c.

[2] Καὶ δὴ καὶ &c.] Quid ſi ſic? [illegible] &c.

[3] Τί γάρ; ἄρχοντας &c.] Loci vulgaris interpunctio ſic ſe habet, τί γὰρ ἄρχοντας &c. quam qui probet, ſcribat is oportet mox infrà τινὶ, [illegible]

“ἐμποδών εἰμι; [1] Παρίημι, ἀρχέτω· μόνον ἀγαθόν τι
“ποιῶν φαινέσθω. Ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ περὶ τούτων τὰ
“εἰρημένα· εἰ δέ τις ὑμῶν [2] ἢ αὐτὸς ἂν ἐξαπατηθῆναι οἴε-
“ται ταῦτα, ἢ ἄλλον ἐξαπατῆσαι ταῦτα, λέγων διδασκέ-
“τω. Ὅταν δὲ [3] τούτων ἅλις ἔχητε, μὴ ἀπέλθητε, πρὶν ἂν
“ἀκούσητε οἷον ὁρῶ ἐν τῇ στρατιᾷ ἀρχόμενον πρᾶγμα· ὃ εἰ
“ἔπεισι, καὶ ἔσται οἷον [4] ἐπιδείκνυσιν, ὥρα ἡμῖν βουλεύεσθαι
“περὶ ἡμῶν αὐτῶν, μὴ κάκιστοί τε καὶ αἴσχιστοι ἄνδρες φαινῶ-
“μεν καὶ [5] πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων, καὶ φιλίων καὶ

“ſum impedimento? Cedo, *quivis* imperet: modò commodi
“quid *vobis* ſe parare declaret. Sed mihi ſatìs ſunt de his dicta:
“quòd ſi quis veſtrûm vel ſeipſum in his deceptum fore putat,
“vel alium hæc decepiſſe, verbis *id* exponat. Cùm verò vobis
“horum ſit ſatìs, nè prius diſcedite quàm audiveritis, cujuſmodi
“facinus in exercitu cœptum videam; quod ſi porrò ſerpſerit,
“ac evaſerit ejuſmodi quod *futurum* videtur, tempus eſt ut de
“nobis ipſis conſulamus, nè flagitioſiſſimi *omnium* ac turpiſſimi
“tum erga deos tum erga homines, & erga fœderatos & erga

---

[1] *Παρίημι, ἀρχέτω*] Erumpit tandem Xenophontis indignatio, quam moverant ea, quæ ſcripta ſunt p. 410, 412 & ſeq. In primis autem reſpicere videtur Thoracem illum Bœotium, *de quo* p. 413.

[2] *Ἢ αὐτὸς ἂν ἐξαπατηθῆναι* &c.] Vulgò locus ſic ſolet diſtingui, *ἢ αὐτὸς ἂν ἐξαπατηθῆναι οἴεται ταῦτα, ἢ ἄλλον ἐξαπατῆσαι ταῦτα λέγων, διδασκέτω.* atque ità accipi, quaſi *λέγων* ſimiliter cum *οἴεται* & *ἐξαπατῆσαι* conſtrueretur, atque *αὐτὸς* cum *οἴεται* & *ἐξαπατηθῆναι*. Elegans autem eſt hæc & uſitatiſſima ſtructura; illa, *γνώμῃ ἐμῇ*, non toleranda. Nam cùm oratio (uti loquuntur Grammatici) in eâdem ſubſiſtit perſonâ, nominativus ritè infinitivo præponitur: at mutatâ perſonâ, mutari ſolet etiam caſus. Utriuſque regulæ partis exemplum unus ſuppeditat locus, pag. 199. Ὁ δ᾽ ἔλεγεν ὅτι [illegible] βέλτιον, ἐφ᾽ ᾧ μετ᾽ ἐκ-τὰς τῆς Ἑλλάδος ἀδικεῖν, μετ᾽ ἐκείνους κακίων &c. ubi rectiſſimè licèt *αὐτὸς* ante *ἀδικεῖν* ponatur, haud tamen ferri poſſet *ἐκείνους* ante *κακίων*. Pari ratione rejiciendum eſt *λέγων* ante *ἐξαπατῆσαι*, quocum verbo ſi conſtruendum ſit participium illud, in *λέγοντα* mutatum oportuit. Quare, mutato tantùm puncti unius loco, atque adeò *λέγων* cum *διδασκέτω* conjuncto, ſanitati conſtructionis optimè conſultum videtur. Cæterùm, *Steph.* ſuſpicatur Xenophontem ſcripſiſſe *ἢ αὐτὸς ἂν — ἐξαπατηθῆναι οἴεται ἑαυτοῦ ἀκούων, ἢ ἄλλον* &c. Sed illud *ἀκούων* recipi nolim.

[3] *Τούτων ἅλις ἔχητε,*] Sic *Æſchin.* dial. 3. ſect. 13. *ἅλις ἔχω τοῦ βίου*.

[4] *Ἐπιδείκνυσιν*] *Scil. ἑαυτό.* quale ſupplementum aliàs ſæpè poſtulari oſtendimus ſuprà p. 295. n. 1. Adde Marc. IV. 29.

[5] *Πρὸς θεῶν καὶ* &c.] Adi ſis p. 164. n. 2.

“πολεμίων, καὶ καταφρονηθῶμεν.” Ἀκούσαντες ταῦτα οἱ στρατιῶται, ἐθαύμασάν τε τί εἴη, καὶ λέγειν ἐκέλευον. Ἐκ τούτου ἄρχεται πάλιν, “Ἐπίστασθέ που ὅτι χωρία ἦν ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς βαρβαρικοῖς φίλια τοῖς Κερασουντίοις, ὅθεν κατιόντες τινὲς καὶ [1] ἱερεῖα ἐπώλουν ἡμῖν, καὶ [2] ἄλλα ὧν εἶχον. Δοκοῦσι δέ μοι καὶ ὑμῶν τινὲς [3] εἰς τὸ ἐγγυτάτω χωρίον τούτων ἐλθόντες, ἀγοράσαντές τι πάλιν ἐλθεῖν. Τοῦτο καταμαθὼν Κλεάρατος ὁ λοχαγὸς ὅτι μικρὸν εἴη, καὶ ἀφύλακτον, διὰ τὸ [4] φίλιον νομίζειν εἶναι, ἔρχεται ἐπὶ αὐτοὺς νυκτὸς ὡς πορθήσων, οὐδενὶ ἡμῶν εἰπών. Διενενόητο δὲ, [5] εἰ λάβοι τὸ χωρίον, εἰς μὲν τὸ στράτευμα μηκέτι ἐλθεῖν, [6] ἐμβὰς δ' εἰς πλοῖον, ἐν ᾧ ἐτύγ-

“hoſtes reperiamur, atque *etiam* contemnamur.” Hæc cùm audiiſſent milites, & quid illud eſſet mirati ſunt, & eum ut *rem* exponeret hortabantur. Tum rurſus initio *dicendi* facto, “Scitis certè, *inquit Xenophon*, barbarorum in montibus oppida quædam fuiſſe Ceraſuntiis fœdere conjuncta, unde cùm deſcenderent nonnulli nobis animalia vendebant, aliáſque res, quarum ipſis erat copia. Veſtrûm etiam nonnullos exiſtimo in horum oppidum, quod proximè *à nobis* aberat, profectos emiſſe aliquid ac *deinde in caſtra* revertiſſe. Hoc verò poſteaquam cohortis ductor Clearatus animadvertiſſet parvum eſſe, nullóque præſidio munitum, propterea quòd *nobis incolæ ſuum oppidum* amicum eſſe putarent, noctu ad eos ſpe direptionis venit, re cum nemine noſtrûm communicatâ. Statuerat autem, oppidum ſi cepiſſet, ad exercitum poſthac non redire, ſed conſcenſâ navi,

---

[1] Ἱερεῖα] Lege p. 300. n. 1.

[2] Ἄλλα ὧν &c.] Vide ſis p. 32. n. 3.

[3] Εἰς τὸ ἐγγυτάτω χωρίον] Ità MS. Eton. edit. *Steph.* aliæque vet. Eodem ferè modo ſuprà p. 131. dixit εἰς τὰς ἐγγυτάτω κώμας &c. In *Leuncl.* edit. legitur χωρίων, quod & recentior quædam exhibet.

[4] Φίλιον νομίζειν εἶναι.] *Scil.* τοὺς οἰκοῦντας: quam vocem reſpicit pronomen αὐτοὺς, quod mox ſequitur. Confer p. 105. n. 2.

[5] Εἰ λάβοι τὸ χωρίον,] MS. Eton. εἰ λάβοι αὐτὸ τὸ χωρίον.

[6] Ἐμβὰς δ' εἰς πλοῖον,] MS. Eton. ἀναβὰς δ' εἰς &c. Sed ſatis ſana eſt vulgata ſcriptura.

“χον οἱ σύσκηνοι αὐτοῦ παραπλέοντες, καὶ ἐνθέμενος εἴ τι
“λάβοι, ἀποπλέων οἴχεσθαι ἔξω τοῦ Πόντου. Καὶ ταῦτα συνω-
“μολόγησαν αὐτῷ [1] οἱ ἐν τῷ πλοίῳ σύσκηνοι, ὡς ἐγὼ νῦν αἰ-
“σθάνομαι. Παρακαλέσας οὖν ὁπόσους ἔπειθεν, ἦγεν ἐπὶ τὸ
“χωρίον. Πορευόμενον δὲ αὐτὸν φθάνει ἡμέρα γενομένη, καὶ
“συστάντες οἱ ἄνθρωποι ἀπὸ ἰσχυρῶν τόπων βάλλοντες καὶ παίον-
“τες, τόν τε Κλεάρατον ἀποκτείνουσι καὶ τῶν ἄλλων συχνούς·
“οἱ δέ τινες καὶ εἰς Κερασοῦντα αὐτῶν ἀποχωροῦσι. Ταῦτα δ᾽
“ἦν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἡμεῖς δεῦρο ἐξωρμῶμεν πεζῇ. Τῶν δὲ παρα-
“πλεόντων ἔτι τινὲς ἦσαν ἐν Κερασοῦντι, [2] οὔπω ἀνηγμένοι. Μετὰ
“τοῦτο, ὡς οἱ Κερασούντιοι λέγουσιν, ἀφικνοῦνται τῶν ἐκ τοῦ χω-
“ρίου τρεῖς [3] ἄνδρες τῶν γεραιτέρων, [4] πρὸς τὸ κοινὸν τὸ ἡμέτερον

“quà contubernales ipſius litus *tum* fortè legebant, *in*que *eam* im-
“poſitis, ſi quas ceperit, rebus, extra Pontum navigando ſe pro-
“ripere. Ac de his cum ipſo pacti fuerant in navi contuberna-
“les, utì nunc animadverto. Cùm igitur evocâſſet quoſcunque
“ſuadendo *ad ſe* adlicere poterat, ad oppidum *eos* duxit. Ipſum
“autem orta dies iter facientem antevertit, factóque concurſu
“hominum, qui de locis munitis jaculis *illos* petebant feriebánt-
“que, & Clearatum *ipſum* occidunt & ex aliis complures; eo-
“rum autem nonnulli etiam in Ceraſuntem ſe receperunt. Hæc
“eo *geſta* erant die, quo nos huc itinere pedeſtri pergere cœ-
“pimus. Ex iis verò, qui litus legerant, apud Ceraſuntem ad-
“huc erant nonnulli, navibus *è portu* nondum ſolutis. Secun-
“dùm hoc, utì *quidem* Ceraſuntii narrant, de ſenioribus viri
“tres ex oppido veniunt, qui ad corpus hoc noſtrum acce-

---

[1] Οἱ ἐν τῷ πλοίῳ] Adſertur & hæc lectio, οἱ ἐκ τοῦ πλοίου, cui recepta omnino anteferenda eſt.

[2] Οὔπω ἀνηγμένοι] Scil. ἐκ τοῦ λιμένος. Quibus opponuntur κατηγμένοι, uti videre eſt p. 357. n. 6. Cæterùm, voces iſtas cum, quæ proximè ſequuntur, iſtis, Μετὰ τοῦτο, ὡς οἱ Κερασούντιοι, in MSto Eton. malè deſunt.

[3] Ἄνδρες τῶν γεραιτέρων,] Vide p. 267. n. 3.

[4] Πρὸς τὸ κοινὸν &c.] Nomen hoc pro totâ civitate quâvis iterum iterúmque adhibet Noſter. K. II. p. 12. [illegible] ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ. p. 59. ἔπεμψαν πρός τε τὸ κοινὸν, καὶ &c. p. 60. τὸ Περσῶν κοινόν. p. 130. καὶ ἀφελόντες τὸ κοινὸν, &c.

“ [1] χρῄζοντες ἐλθεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἡμᾶς οὐ κατέλαβον, πρὸς τοὺς
“ Κερασουντίους ἔλεγον ὅτι θαυμάζοιεν, τί ἡμῖν δόξειεν
“ ἐλθεῖν [2] πρὸς αὐτούς. [3] Ἐπεὶ μέντοι σφᾶς λέγειν ἔφα-
“ σαν ὅτι οὐκ ἀπὸ κοινοῦ γένοιτο τὸ πρᾶγμα, ἥδεσθαί τε
“ αὐτοὺς καὶ μέλλειν πλεῖν δεῦρο, ὡς [4] ἡμῖν λέξειαν τὰ γε-
“ νόμενα, καὶ τοὺς νεκροὺς θάπτειν αὐτοὺς κελεύειν λαβόν-
“ τας τοὺς [5] τούτου δεομένους. Τῶν δ᾽ ἀποφυγόντων τινὲς Ἑλ-
“ λήνες ἔτυχον ἔτι ὄντες ἐν Κερασοῦντι· [6] αἰσθόμενοι δὲ τοὺς
“ βαρβάρους ὅποι ἴοιεν, αὐτοί τε ἐτόλμησαν βάλλειν τοῖς λί-
“ θοις, καὶ τοῖς ἄλλοις διεκελεύοντο. Καὶ οἱ ἄνδρες ἀποθνή-
“ σκουσι, τρεῖς ὄντες [7] οἱ πρέσβεις, καταλευσθέντες. Ἐπεὶ δὲ
“ τοῦτο ἐγένετο, ἔρχονται πρὸς ἡμᾶς οἱ Κερασούντιοι, καὶ λέ-

“ dere vellent. Cùm autem nos *iſtic* non offendiſſent, ad Ce-
“ raſuntios aiebant mirari ſe, quamobrem nobis viſum fuerit
“ ipſos invadere. At deinde ſe reſpondiſſe aiunt *Ceraſuntii* non
“ communi *Græcorum* conſilio facinus admiſſum eſſe, eóſque *hoc*
“ *audito* lætatos eſſe, atque *adeò* huc navigaturos, ut quid acci-
“ diſſet nobis exponerent, & cadavera jubere eos qui vellent ad
“ ſepulturam recipere. Erant fortè adhuc Ceraſunte Græci qui-
“ dam ex iis, qui *eò* fugâ ſe receperant: qui cùm animadvertiſſent
“ quò barbari tenderent, tum ipſi lapidibus *eos* petere auſi ſunt,
“ tum alios *idem ut facerent* hortabantur. Itaque viri *illi*, tres
“ *numero* legati, lapidibus obruti mortem occubuerunt. Poſtea-
“ quam hoc patratum erat, veniunt ad nos Ceraſuntii, & faci-

---

p. 394. [illegible] τὸ τῶν Περσῶν [illegible], &c. alibi. Denotat hic, [illegible], univerſum Græcorum corpus, eóſque in primis, quorum erat utilitati communi proſpicere.

[1] Χρῄζοντες] Reſpice p. 250. n. 3.

[2] Πρὸς αὐτούς.] MS. Eton. ἐπὶ αὐτούς. Sic ſuprà modò, [illegible] ἐπὶ αὐτοὺς &c. Sed utroque modo rectè dicitur.

[3] Ἐπεὶ μέντοι &c.] Cenſuit *Stephanus* ἐπεὶ in locum τοῦ ἐπειδὴ irrepſiſſe. Tu vide ſis K. II. p. 81. n. 1.

[4] Ἡμῖν] Sic MS. Eton. Vulgò, ὑμῖν.

[5] Τούτου] In ed. quibuſdam vet. legitur τούτων.

[6] Αἰσθόμενοι δὲ τοὺς &c.] De atticiſmo hoc dictum pag. 319. n. 4. p. 207. n. 1. & p. 136. n. 3.

[7] Οἱ πρέσβεις, καταλευσθέντες.] Conſule *Grot.* de B. & P. l. 2. c. 18.

“ γουσι τὸ πρᾶγμα· καὶ ἡμεῖς οἱ στρατηγοὶ ἀκούσαντες [1] ἠχθό-
“ μεθα τοῖς γεγενημένοις, καὶ ἐβουλευόμεθα σὺν τοῖς Κερα-
“ σουντίοις, πῶς ἂν ταφείησαν οἱ τῶν Ελλήνων νεκροί. Συγκα-
“ θήμενοι δ' [2] ἔξωθεν τῶν ὅπλων, ἐξαίφνης ἀκούομεν θορύβου
“ πολλοῦ, παῖε, παῖε, βάλλε, βάλλε. Καὶ τάχα δὴ ὁρῶμεν
“ πολλοὺς προσθέοντας, λίθους δ' ἔχοντας ἐν ταῖς χερσὶ, [3] τοὺς δὲ
“ καὶ ἀναιρουμένους. Καὶ οἱ μὲν Κερασούντιοι, ὡς ἂν καὶ ἑωρακότες
“ τὸ παρ' ἑαυτοῖς πρᾶγμα, δείσαντες ἀποχωροῦσι πρὸς τὰ
“ πλοῖα. Ησαν δὲ, νὴ Δία, οἳ καὶ ἡμῶν ἔδεισαν. Εγωγε μὴν ἦλ-
“ θον πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἠρώτων ὅ,τι ἐστὶ τὸ πρᾶγμα. [4] Τῶν δ'
“ ἦσαν μὲν οἳ οὐδὲν ᾔδεσαν, ὅμως δὲ λίθους εἶχον ἐν ταῖς χερσίν. Επεὶ
“ δὲ καὶ εἰδότι τινὶ ἐνέτυχον, λέγει μοι ὅτι [5] οἱ ἀγορανόμοι δεινό-
“ τατα ποιοῦσι τὸ στράτευμα. Καὶ ἐν τούτῳ τις ὁρᾷ τὸν ἀγορανόμον

“ nus exponunt: atque *rem* ubi nos duces audivimus, graviter
“ ferebamus quod acciderat, & quo pacto Græcorum cadavera
“ ſepeliri poſſent, cum Ceraſuntiis deliberabamus. Dum verò
“ conſedimus extra caſtra, ſubitò tumultum audimus ingentem
“ clamantium, cæde, cæde, feri, feri. Ac confeſtim ſanè multos
“ adcurrentes videmus, qui partim lapides in manibus habebant,
“ partim *eos* tollebant. Et Ceraſuntii quidem, ut qui facinus apud
“ ſe *deſignatum* etiam vidiſſent, territi ad naves ſe recipiunt. E-
“ rant, profectò, de noſtris etiam, qui *ſibi* metuebant. Verùm
“ ego ad eos acceſſi, & quid rei eſſet interrogavi. Ex his autem
“ erant qui quid ageretur planè ignorabant, ac nihilominus la-
“ pides manibus tenebant. *Tandem* cùm in quendam incidiſſem,
“ qui *rem* intelligeret, narrat *is* mihi rerum venalium curatores
“ graviſſimè exercitum adfligere. Ac intereà quidam Zelarchum

---

[1] Ἠχθόμεθα τοῖς &c.] MS. Eton. ἠχθόμεθα τε τοῖς &c.

[2] Ἔξωθεν τῶν ὅπλων,] Vide p. 197. n. 3. & p. 151. n. 4.

[3] Τοὺς δὲ] Vide p. 84. n. 5. Adde Matt. XXVI. 67. & Luc. V. 33.

[4] Τῶν δ' ἦσαν μὲν οἳ &c.] Sic paulò antè, Ησαν δὲ νὴ Δία οἳ καὶ ἡμῶν &c. ubi in MSto Eton. legitur ἦσαν δ' [illegible] καὶ ἡμῶν οἳ ἔδεισαν. Adi p. 227. n. 5.

[5] Οἱ ἀγορανόμοι] Vide p. 419. n. 3.

“Ζήλαρχον πρὸς τὴν θάλατταν ἀναχωροῦντα, καὶ ἀνέκραγεν· “οἱ δ', ὡς ἤκουσαν, ὥσπερ συὸς ἀγρίου ἢ ἐλάφου φανέντος, [1] ἵεν-“ται ἐπ' αὐτόν. Οἱ δὲ Κερασούντιοι, ὡς εἶδον ὁρμῶντας καθ' “ἑαυτοὺς, [2] νομίσαντες ἐπὶ σφᾶς ἵεσθαι, φεύγουσι δρόμῳ, καὶ “ἐμπίπτουσιν εἰς τὴν θάλατταν. Συνεισέπεσον δὲ καὶ ἡμῶν αὐτῶν “τινες, καὶ ἐπνίγετο ὅστις μὴ ἐτύγχανεν ἐπιστάμενος νεῖν. [3] Καὶ “τούτους τί δοκεῖτε; ἠδίκουν μὲν οὐδὲν, ἔδεισαν δὲ μὴ λύσσα “τις ὥσπερ κυσὶν ἡμῖν ἐμπεπτώκοι. [4] Εἰ οὖν ταῦτα τοιαῦτα “ἔσται, θεάσασθε οἵα κατάστασις ἡμῖν ἔσται τῆς στρατιᾶς. Ὑμεῖς “μὲν οἱ πάντες οὐκ ἔσεσθε κύριοι οὔτ' [5] ἀνελέσθαι πόλεμον “ᾧ ἂν βούλησθε, οὔτε καταλῦσαι· ἰδίᾳ δὲ ὁ βουλόμενος ἄξει “στράτευμα ἐφ' ὅ, τι ἂν ἐθέλῃ. Κἂν τινες πρὸς ὑμᾶς ἴωσι

“rerum venalium curatorem ad mare ſe conferentem conſpicit, “& *protinus* clamorem ſuſtulit: *quem* illi cùm audiviſſent, tan-“quam ſi ſilveſtris aper vel cervus conſpectus fuiſſet, *ſic* in eum “impetu ferebantur. Ceraſuntii, cùm eos ad ſe verſus ruere vi-“derent, rati in ſe impetum fieri, curſu fugiunt, & in mare in-“cidunt. Ex noſtris etiam nonnulli unà *eodem* inciderunt, atque “*adeò* ſuffocabatur quicunque natare neſciret. Quid *autem* eos “*metuiſſe* exiſtimatis? nihil profectò injurii fecerunt, ſed me-“tuebant nè rabies quædam nos tanquam canes invaſiſſet. Hæc “ergo ſi erunt hujuſmodi, videte qui futurus ſit nobis exercitûs “ſtatus. Non vos ſanè univerſi arbitrio veſtro vel bellum *illi* “inferre poteritis, cui volueritis *id inferre*, vel bello finem im-“ponere; ſed privato is, cui libet, conſilio copias ad rem quam-“cunque voluerit *gerendam* ducet. Quòd ſi legati aliqui ad vos

---

[1] *Ἵενται ἐπ' αὐτόν.*] Lege p. 88. n. 3.

[2] *Νομίσαντες ἐπὶ σφᾶς* &c.] Legitur etiam *νομίσαντες αὐτοὺς ἐπὶ σφᾶς ἵεσθαι.* item, *αὐτοὺς νομίζοντες ἐπὶ* [illegible].

[3] *Καὶ τούτους τί δοκεῖτε;*] MS. Eton. *Καὶ τούτους τί δοκεῖτε δεῖσαι δηλονότι.* Ex ſcholio ſcilicet in auctoris orationem irrepſerunt *δεῖσαι δηλονότι.*

[4] *Εἰ οὖν ταῦτα τοιαῦτα* &c.] Sic ferè ſuprà p. 160. *Ταῦτα δὲ τοιαῦτα ὄντα, &c.*

[5] *Ἀνελέσθαι πόλεμον,*] MS. Eton. & editi quidam libri dant *ἂν ἑλέσθαι πόλεμον,* &c. Sed rectè eo ſenſu adhiberi verbum compoſitum exemplis adlatis docet *Budæus* Comm. L. G. p. 224.

“πρέσβεις ἢ εἰρήνης δεόμενοι, ἢ ἄλλου τινὸς, κατακαίνοντες
“τούτους οἱ βουλόμενοι, ποιήσουσιν ὑμᾶς τῶν λόγων μὴ ἀκοῦσαι
“τῶν πρὸς ὑμᾶς ἰόντων. Ἔπειτα δὲ οὓς μὲν ἂν ὑμεῖς ἅπαντες
“ἕλησθε ἄρχοντας, ἐν οὐδεμίᾳ χώρᾳ ἔσονται· ὅστις δ' ἂν ἑαυτὸν
“ἕληται στρατηγὸν, καὶ ἐθέλῃ λέγειν, βάλλε, βάλλε, οὗτος
“ἔσται ἱκανὸς καὶ ἄρχοντα κατακαίνειν καὶ [1] ἰδιώτην ὑμῶν, ὃν
“ἂν ἐθέλῃ, ἄκριτον· ἂν ὦσιν οἱ πεισόμενοι αὐτῷ, ὥσπερ καὶ
“νῦν ἐγένετο. Οἷα δ' ὑμῖν πεπράχασιν οἱ αὐθαίρετοι οὗτοι
“στρατηγοὶ, σκέψασθε. Ζήλαρχος μὲν γὰρ ὁ ἀγορανόμος, εἰ μὲν
“ἀδικεῖ [2] ὑμᾶς, οἴχεται ἀποπλέων, οὐ δοὺς ὑμῖν δίκην· εἰ δὲ
“μὴ ἀδικεῖ, φεύγει ἐκ τοῦ στρατεύματος, δείσας μὴ ἀδίκως
“ἄκριτος ἀποθάνῃ. Οἱ δὲ καταλεύσαντες τοὺς πρέσβεις, διε-
“πράξαντο [3] ὑμῖν μόνοις μὲν τῶν Ἑλλήνων εἰς Κερασοῦντα μὴ
“ἀσφαλὲς εἶναι, ἐὰν μὴ σὺν ἰσχύϊ ἀφικνεῖσθε· [4] τοὺς δὲ νεκροὺς,

“vel pacem quærentes, vel quid aliud, venerint, eos interficien-
“do qui volent, impedient quominùs orationes eorum, qui ad
“vos veniunt, audiatis. Prætereà magiſtratus, quos vos univerſi
“legeritis, nullo erunt loco; ſed quiſquis ſeipſum legerit ducem,
“& dicere voluerit, feri, feri, huic ſatìs erit virium tum ad ma-
“giſtratum tum ad privatum è vobis, quemcunque voluerit, in-
“demnatum interimendum; ſi ſint ei qui paruerint, quemad-
“modùm modò accidit. Cujuſmodi verò facinora nobis deſignâ-
“rint hi ſuis ipſorum ſuffragiis lecti duces, conſiderate. Zelar-
“chus enim rerum venalium curator ſi quâ vos adfecit injuriâ,
“pœnis vobis non datis, navigio evaſit: ſin nullâ *vos* læſit inju-
“riâ, ab exercitu fugit, veritus nè injuſtè indemnatus perimere-
“tur. At qui legatos lapidibus obruerunt, *hoc* effecerunt ut vo-
“bis ſolis è Græcorum numero Ceraſuntem, armatâ niſi cum
“manu, tutè venire non liceat: *ad* cadavera etiam *quod attinet*,

---

[1] Ἰδιώτην] Vide p. 220. n. 5.

[2] Ὑμᾶς] MS. Eton. ἡμᾶς. Sed malim vulgatam retinere, cùm mox ſequatur, οὐ δοὺς ὑμῖν δίκην.

[3] Ὑμῖν] Idem MS. ἡμῖν.

[4] Τοὺς δὲ νεκροὺς. — [illegible]] Reſpice p. 160. n. 3. & p. 148. n. 2. Adde 1 Cor. VI. 4.

“ οὓς πρόσθεν αὐτοὶ οἱ κατακανόντες ἐκέλευον θάπτειν, τούτους διαπεπράχθαι μηδὲ [1]σὺν κηρυκείῳ ἔτι ἀσφαλὲς εἶναι [2]ἀνελέσθαι. Τίς γὰρ ἐθελήσει κῆρυξ ἰέναι, κήρυκας ἀπεκτονώς; Ἀλλ' ἡμεῖς Κερασουντίων θάψαι αὐτοὺς ἐδεήθημεν. Εἰ μὲν οὖν καλῶς ἔχει ταῦτα, δοξάτω ὑμῖν· ἵνα, ὡς τοιούτων ἐσομένων, καὶ φυλακὴν ἰδίᾳ ποιήσῃ τις, καὶ [3]τὰ ἐρυμνὰ ὑπερδέξια πειρᾶται ἔχων σκηνοῦν. Εἰ μέντοι δοκεῖ ὑμῖν θηρίων, ἀλλὰ μὴ ἀνθρώπων, εἶναι τὰ τοιαῦτα ἔργα, σκοπεῖτε παῦλάν τιν' αὐτῶν· [4]εἰ δὲ μὴ, πρὸς Διὸς, [5]πῶς ἢ θεοῖς θύσομεν ἡδέως, ποιοῦντες ἔργα ἀσεβῆ, ἢ τοῖς πολεμίοις πῶς μαχούμεθα, ἢν ἀλλήλους κατακαίνωμεν; Πόλις δὲ φιλία

“ quæ priùs ut ſepeliremus hortabantur ipſi interfectores, ea *certè* ut nè quidem cum caduceo jam tollere tutum ſit effecerunt. Nam quis caduceatoris fungi volet munere, qui caduceatores interfecerit? Verùm nos Ceraſuntios rogavimus ut ea ſepelirent. Et hæc quidem an rectè gerantur, veſtro decreto ſtatuatur; ut, quaſi hujuſmodi *facinora* oritura ſint, & privatim quivis præſidium paret, & operam det, ut munitis ſuperioribuſ*que locis* tabernaculum figat. Sin autem ejuſmodi belluarum, non hominum, eſſe facta ſtatuitis, ſedationem eorum aliquam excogitate: ſin minùs, quonam, profectò, modo aut ſacra diis alacriter faciemus, cùm impia patremus facinora, aut quo cum hoſtibus modo pugnabimus, ſi nos mutuò perimamus? Quænam civitas

---

[1] Σὺν κηρυκείῳ] *Scholiaſt.* ad *Thucyd.* lib. 1. c. 53. Κηρύκειον, ἐν ξύλον ὀρθὸν, ἔχον ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις [illegible] καὶ [illegible] ἀλλήλους [illegible]· ὅπερ [illegible] φέρειν οἱ κήρυκες μετ' αὐτῶν [illegible] ἀπέρχονται. Σύμβολον δὲ [illegible] τὸ μὲν ὀρθὸν ξύλον τοῦ ὀρθοῦ λόγου· τὸ δὲ [illegible] τῶν ὄφεων, τὸ [illegible]. Ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος δι' ἀμφοτέρων χωρεῖ. Hinc ſua deſcripſit *Suid.* apud quem & alibi ſcribitur κηρύκειον.

[2] Ἀνελέσθαι.] Vide, ſi libet, p. 269. n. 2.

[3] Τὰ ἐρυμνὰ ὑπερδέξια] Adi p. 279. n. 3.

[4] Εἰ δὲ μὴ,] Vide p. 285. n. 2.

[5] *Πῶς ἢ θεοῖς &c.*] Noſter itidem in *Ageſil.* haud ità longè à fine. Ἐνόμιζε γὰρ ὁ (Ageſilaus) [illegible] ὡς τοὺς θεοὺς οὐδὲν ἧττον ὁσίοις ἔργοις ἢ ἁγνοῖς ἱεροῖς ἥδεσθαι. Quibus adjicere libet Plautina illa, quæ in Prologo *Rudent.* reperiuntur v. 22. & ſeq.

> *Atque hoc ſceleſti illi in animum inducunt ſuum,*
> *Jovem ſe placare poſſe donis, hoſtiis.*
> *Et operam & ſumtum perdunt; id eo fit, quia*
> *Nihil ei acceptum eſt à perjuris ſupplicii.*

Confer Prov. XV. 8. Jeſ. I. 11 & ſeq. Jer. VI. 20. Hoſ. VI. 6.

" τίς ἡμᾶς δέξεται, ὅστις ἂν ὁρᾷ τοσαύτην ἀνομίαν ἐν ἡμῖν;
" [1] Ἀγορὰν δέ τις ἄξει θαῤῥῶν, [2] ἢν ἀεὶ τὰ μέγιστα τοιαῦτα
" ἐξαμαρτάνοντες φαινώμεθα; [3] Οὗ δὲ δὴ πάνυ οἰόμεθα
" τεύξεσθαι ἐπαίνου, τίς ἂν ὑμᾶς τοιούτους ὄντας ἐπαινέσειεν;
" ἡμεῖς μὲν γὰρ οἶδ' ὅτι πονηροὺς ἂν φαίημεν εἶναι τοὺς τὰ τοιαῦτα
" ποιοῦντας."

Ἐκ τούτου ἀνιστάμενοι πάντες [4] ἔλεγον τοὺς μὲν τούτων [5] ἄρξαντας δοῦναι δίκην, [6] τοῦ δὲ λοιποῦ οὐκέτι ἐξεῖναι ἀνομίας ἄρξαι· ἐὰν δέ [7] τις ἄρξῃ, [8] ἄγεσθαι αὐτοὺς ἐπὶ θανάτῳ· τοὺς δὲ στρατηγοὺς εἰς δίκας πάντας καταστῆσαι· εἶναι δὲ δίκας, καὶ εἴ τι ἄλλο

" amica nos excipiet, quæ tantam inter nos iniquitatem videat?
" Res venales quis animo fidente *ad nos* adducet, ſi maximis in
" rebus palam ſit ejuſmodi nos delicta committere? Jam *quod*
" *ad* laudem *attinet*, quam omnino conſequuturos nos exiſtima-
" mus, quis vos tales qui ſitis collaudaverit? nos enim ſat ſcio
" eos, ejuſmodi qui patrarent facinora, ſceleratos adpellare-
" mus."

Ibi tum omnes cùm ſurrexiſſent, ſuppliciis multandos iſtorum auctores aiebant, & in poſterum non ampliùs *cuiquam* liberum permittendum eſſe, ut *ejuſmodi* ſceleris exiſtat auctor: quòd ſi quis *ſceleris* auctor exiſteret, eum ad mortem eſſe ducendum; prætereà à ducibus in judicium omnes eſſe adducendos; ac judicium *faciendum* eſſe, ſi quâ aliâ etiam injuriâ læſus fuerit aliquis

---

1 Ἀγορὰν δέ τις &c.] [illegible] auctore, præter alia, vox ἀγορὰ denotat quoque ὠνιὰ καὶ ὤνια. Adde p. 355. n. 2.

2 Ἢν ἀεὶ τὰ μέγιστα &c.] Suſpicatus eſt Steph. ità Xenophontem ſcripſiſſe, ἢν ἀεὶ τοὺς ἄλλους τὰ μέγιστα &c.

3 Οὗ δὲ δὴ &c.] Ante ἐπαίνου ſupple ἀεί.

4 Ἔλεγον τοὺς μὲν &c.] Intelligendum eſt δεῖν, uti ſuprà p. 419. n. 1.

5 Ἄρξαντας] In MSto Eton. & edit. *Ald.* & *Flor.* legitur ἄρξοντας: cujuſmodi mendum ſuſtulimus p. 335. n. 3.

6 Τοῦ δὲ λοιποῦ] Plenè, ἐκ τοῦ λοιποῦ χρόνου. Similiter *Thucyd.* l. 4. c. 98. ἐπὶ τοῦ λοιποῦ ἐκείνους &c. Et *Ælian.* V. H. l. 14. c. 7. — τοῦ λοιποῦ μεθυσκομένους.

7 Τὶς — αὐτοὺς] Reſpice p. 399. n. 5.

8 Ἄγεσθαι — ἐπὶ θανάτῳ] Sic ſcribendum rectè monuit *Muretus*. Noſter ſuprà pag. 64 ἀδίκους ὄντας ἐπὶ θανάτῳ ἄγεσθαι, ubi vide n. 4. Vulgò legitur ἄγειν αὐτοὺς θανάτῳ & in edit. vetuſtioribus, quibus adſtipulatur MS. Eton. — θανάτου. Adde Cl. *Bos* animadv. ad *Lucian.* pag. 57.

τις ἠδίκητο ἐξ οὗ Κῦρος ἀπέθανε· δικαστὰς δὲ τοὺς λοχαγοὺς ἐποιήσαντο. Παραινοῦντος δὲ Ξενοφῶντος, καὶ τῶν μάντεων συμβουλευόντων, ἔδοξε καὶ καθῆραι τὸ στράτευμα. Καὶ ἐγένετο [1] καθαρμός.

Ἔδοξε δὲ καὶ τοὺς στρατηγοὺς δίκην ὑποσχεῖν τοῦ παρεληλυθότος χρόνου. [2] Καὶ διδόντες, [3] Φιλήσιος μὲν ὦφλε καὶ Ξανθικλῆς τῆς φυλακῆς [4] τῶν γαυλικῶν χρημάτων, τὸ μείωμα, εἴκοσι μνᾶς· Σο-

ex quo Cyrus mortem occubuit: judices autem cohortium ductores conſtituerunt. Porrò Xenophonte hortatore, vatibúſque *idem* ſuadentibus, viſum eſt luſtrandum eſſe exercitum. Itaque luſtratio inſtituta eſt.

Decretum etiam erat ut duces de tempore præterito judicium ſubirent. *Quod* cùm ſubiiſſent, Phileſius & Xanthicles multati erant, quòd pecuniam de navigiis coactam & in eorum cuſtodiam traditam imminuerant, minis viginti: *multatus eſt* & So-

---

[1] Καθαρμός.] Variis de cauſis ab antiquis, tam Græcis quàm Romanis, luſtrationes erant uſurpatæ. Eos autem in primis luſtrandos cenſuerunt, qui ſe ſanguine polluiſſent. Vide *Homer.* Il. ζ. v. 266 & ſeq. *Virgil. Æn.* l. 2. v. 718 & ſeq. *Ælian.* V. H. l. 8. c. 5. Adde *Homer.* Il. α. v. 313 & ſeq. Q. *Curt.* l. 10. c. 9. *Macedonum regibus luſtrare ſoliti erant milites, ut cæt.* ubi vide quæ notavit *Rader.*

[2] Καὶ διδόντες.] *Scil.* δίκην.

[3] Φιλήσιος μὲν ὦφλε καὶ &c.] Cum τῆς φυλακῆς itidem intelligendum videtur δίκην, & locus ſic exponendus: *Phileſius & Xanthicles in judicium de pecunia apud eos depoſita adducti,* uterque ὦφλε δίκην, εἴκοσι μνᾶς, τὸ μείωμα, i. e. *uterque damnatus multa viginti minarum, quarum ſummam de pecunia illis concredita deficere fecerant, inductus eſt.* Verba autem ſic vulgò ſolent abſque diſtinctione legi, & Latinè verti: Φιλήσιος μὲν ὦφλε καὶ Ξανθικλῆς τῆς φυλακῆς τῶν γαυλικῶν χρημάτων τὸ μείωμα εἴκοσι μνᾶς. *Leuncl.* interprete, *damnati Phileſius & Xanthicles, quòd juſſi cuſtodire pecuniam de navigiis coactam, minas viginti ſuppilaſſent:* Amaſæo, *Phileſius & Xanthicles repetundarum damnati, quòd è Gaulitica pecunia, quam ſervandam acceperant, minas viginti ſuppilaſſent, tantundem rependerunt.*

[4] Τῶν γαυλικῶν] Sic optimè MS. Eton. cùm priùs ſcriberetur γαυλιτικῶν, quam vocem *Amaſæus* expreſſit. Rectè etiam *Leuncl.* olim γαυλικῶν reponendum vidit. *Heſych.* Γαῦλοι, τὰ στρογγύλα τῶν φοινικικῶν πλοῖα, καὶ τὰ φορτηγὰ πλοῖα. γαῦλοι καλοῦνται καὶ γαυλικὰ χρήματα τὰ διὰ τῶν πλοίων — Quæ ſic legas velim & diſtinguas, Γαῦλοι, τὰ στρογγύλα τῶν φοινικικῶν πλοῖα· καὶ τὰ φορτηγὰ πλοῖα γαῦλοι καλοῦνται· καὶ γαυλικὰ χρήματα, τὰ &c. Adpoſitè hæc ultima ad locum, de quo agitur, exponendum. *Schol.* ad *Ariſtoph.* Ornith. v. 599. Γαῦλος, φορτηγὸν πλοῖον, [illegible]

[illegible] γαῦλος. Lege cum doct. *Bentl.* Fragm. *Callim.* p. 390. [illegible] γαῦλος.

φαίνετος δὲ, [1] ὅτι ἄρχων αἱρεθεὶς κατημέλει, δέκα μνᾶς. Ξενοφῶντος δὲ κατηγόρησάν τινες, φάσκοντες παίεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὡς ὑβρίζοντος τὴν κατηγορίαν ἐποιοῦντο. Καὶ ὁ Ξενοφῶν ἀναστὰς ἐκέλευσεν εἰπεῖν [2] τὸν πρῶτον, πρῶτον λέξαντα ποῦ καὶ ἐπλήγη. Ὁ δὲ ἀποκρίνεται, [3] Ὅπου καὶ τῷ ῥίγει ἀπωλλύμεθα, καὶ χιὼν πλείστη ἦν. Ὁ δ' εἶπεν, Ἀλλὰ μὴν καὶ [4] χειμῶνός γε ὄντος οἵου λέγεις, σίτου δὲ ἐπιλελοιπότος, οἴνου δὲ μηδ' ὀσφραίνεσθαι παρόντος, ὑπὸ δὲ πόνων πολλῶν ἀπαγορευόντων, πολεμίων δὲ ἑπομένων, εἰ ἐν τοιούτῳ καιρῷ ὕβριζον, ὁμολογῶ [5] καὶ τῶν ὄνων ὑβριστότερος εἶναι· οἷς φασιν ὑπὸ τῆς ὕβρεως κόπον

phænetus, quòd præſes electus *id muneris* prorſùs neglexiſſet, minis decem. Nonnulli etiam Xenophontem accuſabant, qui cæſos ſe ab eo fuiſſe dicerent, atque in *eum* tanquam petulanter injurium accuſationem inſtruebant. Et cùm ſurrexiſſet Xenophon eum, qui primus *id ipſi objecerat*, proferre *ſi quid haberet* juſſit, ubi priùs expoſuerit quo loco pulſatus eſſet. Eo loco, reſpondet ille, quo frigore eramus enecti, ac plurima nix erat. Enimverò, inquit *Xenophon*, cùm ea eſſet hiems quam fuiſſe dicis, cùm cibus *nos* defeciſſet, cùm nè tantum quidem vini adeſſet, ut odoratu id percipi poſſet, cùm multi præ laboribus animis conciderent, cùm hoſtes *nos* inſequerentur, ſi me tali tempore inſolenter geſſi, vel aſinis eſſe me petulantiorem fateor; quos aiunt præ petulantiâ

---

[1] Ὅτι ἄρχων αἱρεθεὶς] Vocem ἄρχων huc ex MSto Eton. revocavi. Eâdem ſæpè ſuprà phraſi uſus eſt Noſter: p. 202, [illegible] p. 203, [illegible] — Cæterùm, *Leuncl.* legendum cenſuit, [illegible] &c. hoc eſt, eodem auctore, *Sophænetus mulctatus eſt*, [illegible] *id muneris* [illegible].

[2] Τὸν πρῶτον] Scil. eum, qui priùs id ipſi objecerat. In MSto autem Eton. deeſt alterum illud πρῶτον.

[3] Ὅπου καὶ τῷ ῥίγει &c.] Lege p. 300 & ſeq.

[4] Χειμῶνός γε &c.] *Virg.* Æneïd. l. 1. v. 129 *Emiſſamque hiemem* &c. Ubi ſic Servius: *Hic apertiùs tempeſtatem declarat ex Græco: nam & illi* χειμῶνα *tempeſtatem dicunt*. Noſter itidem ſuprà p. 267. χειμὼν γίνεται πολύς, &c. atque mox infrà ſæpè.

[5] Καὶ τῶν ὄνων ὑβριστότερος] *Amaſæus* vertit, *vel aſinis me atrociorem eſſe* &c. "Ego verò, in-"quit *Muretus*, neſcio quam *atrocitatem* quiſ-"quam in aſino, animali omnium ἀνεκτικωτάτῳ, "animadvertere potuerit. Sed interpretatio "illa planè ridicula eſt. Aſini, antequam

ὐκ ἐγγίγνεσθαι. Ομως δὲ καὶ λέξον [1] ἐκ τίνος ἐπλήγης. Πότερον ᾔτουν τι σὲ, καὶ, ἐπεὶ οὐκ ἐδίδως, ἔπαιον; [2] ἀλλ' ἀπῄτουν; ἀλλὰ [3] περὶ παιδικῶν μαχόμενος; ἀλλὰ μεθύων ἐπαρῴνησα; Επεὶ δὲ τούτων οὐδὲν ἔφησεν, ἐπήρετο αὐτὸν, εἰ ὁπλιτεύοι· Οὐκ ἔφη· Πάλιν, εἰ [4] πελτάζοι· [5] Οὐδὲ τοῦτ' ἔφη· ἀλλ' ἡμίονον ἤλαυνον, ταχθεὶς ὑπὸ τῶν συσκήνων, ἐλεύθερος ὤν. Ενταῦθα δὴ ἀναγιγνώσκει τε αὐτὸν, καὶ ἤρετο, Εἰ σὺ εἶ ὁ τὸν κάμνοντα

laſſitudinem non ſubire. Attamen dic quâ de cauſâ pulſatus fueras. Num quid abs te petebam, &, quia non dabas, *te* cædebam? an *quid* repoſcebam? an *tecum* de amoribus pugnans? an ebrius per vinolentiam malè *te* accepi? Cùm horum nil diceret, eum porrò interrogabat, an in gravis armaturæ militum numero eſſet: Negabat: Rurſum, an in peltaſtarum numero: Neque hoc conceſſit; ſed liber cùm eſſem, *inquit*, mulum agebam, quod mihi negotii à contubernalibus datum erat. Hic eum agnoſcit *Xenophon*, &, Túne, quærebat, *is* es, qui *hominem* ægrotum ave-

---

“ad equas aut aſinas admittantur, prædelaſſari ſolent; & ità putantur meliùs inire. Hoc igitur eſt, quod & hìc dicitur, eos ità libidinoſos eſſe, ut laſſitudinem non ſentiant. Et hodiè apud Pictonas proverbii loco uſurpari ſolet, aſinos præ inopiâ & laſſitudine arrigere. Subturpicula hæc eſſe video, neque talia tamen, ut reticeri debuerint.” Hæc ille; ſubturpicula ſanè, & verò etiam ridicula. Præteriit, opinor, virum eruditum, longè alia de aſinis tradi, quæ tamen huc optimè quadrant. Scribit utique *Ælian.* H. A. l. 12. c. 34. [illegible] Nec bellicoſum tantùm audit animal, ſed & [illegible] apud *Arrian.* in *Epictet.* l. 1. c. 18. Adde *Herodot.* l. 4. c. 129. & *Homer.* Il. λ'. v. 557. Ὡς δ' ὅτ' ὄνος παρ' &c. ubi, uti rectè criticus quidam vetus obſervavit, [illegible] ſcil. *Homerus.* Porrò, *Stephanus* hæc Luciani verba ad locum hunc adduxit, — [illegible] &c. quæ reperiuntur in opuſculo, quod [illegible] inſcriptum eſt, haud ità longè ab init.

[1] Ἐκ τίνος &c.] *Scil.* αἰτίας. Confer p. 195. n. 1.

[2] Ἀλλ' ἀπῄτουν; ἀλλὰ &c.] Pari ratione vox ἀλλὰ cum interrogationibus iterata eſt *Memorab.* I. 3. haud longè à fine. [illegible] Οὐδ' οἰκίαν, ἔφη. Ἀλλὰ μὴ [illegible] Et ſic alibi Noſter. Similiter pro *aut* uſurpatur, & quidem cum interrogatione, Matt. XI. 8, 9.

[3] Περὶ παιδικῶν] Adi p. 181. n. 4.

[4] Πελτάζειν] In lexicis deeſt: quo tamen utitur & *Max. Tyr.* diſſert. 7. p. 74. ed. Cant. [illegible] —

[5] Οὐδὲ τοῦτ' ἔφη ἀλλ' &c.] Fuère, qui diſtinctionem poſuerant inter τοῦτ' & ἔφη ſed rectiùs, opinor, conjunguntur. Sic ferè paulò infrà, [illegible] οὖν &c. De tranſitione autem ab obliquâ ad rectam orationem iterum iterumque dixi. Vide, ſi libet, p. 402. n. 2.

ἀπῆγον; Ναὶ μὰ Δί', ἔφη· σὺ γὰρ ἠνάγκαζες· τὰ δὲ τῶν ἐμῶν συσκηνῶν σκεύη διέῤῥιψας. Ἀλλ' ἡ μὲν [1] διέῤῥιψις, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, τοιαύτη τις ἐγένετο· Διέδωκα ἄλλοις ἄγειν, καὶ ἐκέλευσα πρὸς ἐμὲ ἀπάγειν· καὶ ἀπολαβὼν ἅπαντα σῶα, ἀπέδωκά σοι, ἐπεὶ καὶ σὺ ἐμοὶ ἀπέδειξας τὸν ἄνδρα. Οἷον δὲ τὸ πρᾶγμα ἐγένετο ἀκούσατε, ἔφη· καὶ γὰρ ἄξιον·

Ἀνὴρ κατελείπετο διὰ τὸ μηκέτι δύνασθαι πορεύεσθαι. Καὶ ἐγὼ τὸν μὲν [2] ἄνδρα τοσοῦτον ἐγίγνωσκον, ὅτι εἷς ἡμῶν εἴη· ἠνάγκασα δέ σε τοῦτον ἄγειν, ὡς μὴ ἀπόλοιτο· καὶ γὰρ, ὡς ἐγὼ οἶμαι, πολέμιοι ἐφείποντο. Συνέφη τοῦτο ὁ ἄνθρωπος. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ἐπεὶ προὔπεμψά σε, [3] καταλαμβάνω αὖθις, σὺν τοῖς ὀπισθοφύλαξι προσιὼν, βόθρον ὀρύττοντα, ὡς κατορύξοντα τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἐπιστὰς ἐπῄνουν σε. Ἐπεὶ

hebas? *Sum* profectò, inquit; nam *ad hoc* tu *me* cogebas: ac meorum contubernalium vaſa disjeciſti. Is verò disjectus, inquit Xenophon, in hunc ferè modum accidit: Diſtribui *vaſa* aliis vehenda, & ad me ut *eadem poſteà* adducerent præcepi; ac cùm omnia ſalva recepiſſem, tibi reddidi, ſimul ac tu mihi hominem illum oſtendiſti. Quo verò modo ſe res habuerit, ait, audite; eſt enim operæ pretium:

Relinquebatur *à tergo* quidam, quòd *præ debilitate* iter pergere ampliùs non poſſet. Nôram illum ego hactenùs, quòd unus ex noſtris eſſet; te verò hunc ut veheres coëgi, nè periret: hoſtes enim, quemadmodùm arbitror, ſubſequebantur. Hoc ille faſſus eſt. Atqui, ait Xenophon, ubi te præmiſiſſem, cum extremo agmine accedens, *te* rurſum offendi ſcrobem fodientem, ut hominem illum defoderes; atque adeò ſubſiſtens te collaudavi. Ve-

---

[1] Διέῤῥιψις.] In Theſ. *Steph.* & *Conſt.* non comparet: quod tamen agnoſcit *J. Poll.* l. 3. ſegm. 129.

[2] *Ἄνδρα τοσοῦτον ἐγίγνωσκον, ὅτι &c.*] Sic ferè ſuprà p. 202. *τοσοῦτον μόνον σε ἐγίγνωσκον, ὅτι &c.*

[3] Καταλαμβάνω] Lege p. 2. n. 1. & p. 72. n. 4. Sic Gal. II. 14. ὀρθοποδοῦσι dicitur pro [illegible]

δὲ παρεστηκότων ἡμῶν συνέκαμψε τὸ σκέλος ὁ ἀνὴρ, ἀνέκραγον οἱ παρόντες ὅτι ζῇ ὁ ἀνήρ· σὺ δ' εἶπες [1] ὁπόσα γ' ἐβούλου, ὡς, Εγωγε αὐτὸν οὐκ ἄξω· ἐνταῦθα ἔπαισά σε· ἀληθῆ λέγεις· ἔδοξας γάρ μοι εἰδότι ἐοικέναι ὅτι ἔζη. Τί οὖν; ἔφη, ἧττόν τι ἀπέθανεν, ἐπεὶ ἐγώ σοι ἀπέδειξα αὐτόν; [2] Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, πάντες ἀποθανούμεθα· τούτου οὖν ἕνεκα ζῶντας ἡμᾶς δεῖ κατορυχθῆναι; [3] Τοῦτον μὲν ἀνέκραγον πάντες ὡς [4] ὀλίγας παίσειεν· [5] ἄλλους δὲ ἐκέλευε λέγειν διὰ τί ἕκαστος ἐπλήγη. Επεὶ δ' οὐκ ἀνίσταντο, αὐτὸς ἔλεγεν,

rùm poſteaquam nobis adſtantibus ille crus inflexiſſet, exclamârunt ii qui aderant, hominem vivere; tu verò dixiſti quæcunque volebas, ſcilicet, Ego ſanè eum non veham; ibi tum te cæcîdi; vera narras; nam mihi præ te ferre viſus es, quaſi ſcires eum *adhuc* vivere. Quid ergo? inquit *iſte*, an minùs mortem obiit, poſteaquam ego tibi eum oſtendi? Atqui nos, inquit Xenophon, morituri ſumus omnes: num igitur propterea vivos defodi nos oportet? Adclamârunt *hic* omnes *hominem* hunc paucis *tantùm Xenophontem* verberibus cæcidiſſe: alios deinde *quoſvis* dicere juſſit, quamobrem quiſque pulſatus fuiſſet. Cùm verò *qui dicerent* non ſurgerent, ipſe *hæc* verba fecit *Xenophon*,

---

[1] Ὁπόσα γ' ἐβούλου, ὡς &c.] *Muretus* omnino legendum ſtatuit ὁπόσα γε βούλεσαι· ὡς ἔγωγε αὐτὸν οὐκ ἄξω. i. e. eodem interprete, *Vivus ſanè quantum vis: nam ego quidem eum hinc non avehebam.* Sunt autem, ex ejuſdem utique critici ſententiâ, verba omnia ejus, qui ſe à Xenophonte verberatum querebatur. Mihi placet vulgata lectio; atque adeò particula ὡς vim explicandi & declarandi habere videtur, perinde ac οἷον, i. e. *videlicet, exempli causâ* &c. Eandem vim obtinet K. II. p. 67. — μέμνημαι εἰπεῖν, ἃ νῦν ἰδεῖν ὑμῖν; ὡς, ὅπως [illegible] οἱ &c. ubi vide notata.

[2] Καὶ γὰρ καὶ] Sic ſcribendum contendit *Stephanus*. Hactenùs, Καὶ γὰρ ἡμεῖς, &c.

[3] Τοῦτον μὲν ἀνέκραγον] De hoc atticiſmo dictum p. 426. n. 6. *Stephano* magis placuit Τοῦτο μὲν ἂν &c.

[4] Ὀλίγας παίσειεν] *Scil.* πληγάς. Ellipſis eadem reperitur *Ælian.* V. H. lib. 12. c. 3. Ἐπαμεινώνδας ὅτε ἐτρώθη ἐν Μαντινείᾳ καιρίαν, *ſcil.* πληγήν. Luc. XII. 47. — δαρήσεται πολλάς. 2 Cor. XI. 24. — τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον. Supple utrobique πληγάς. *Ariſtoph.* Nub. v. 968. Ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλὰς, &c. *Schol.* Πολλάς, πληγὰς δηλονότι.

[5] Ἄλλους δὲ ἐκέλευε] Vulgò, ἄλλος δὲ ἐκέλευε, &c. Suſpicatus eſt *Steph.* pro ἄλλος eſſe ſubſtituendum ἄλλους, quod pertineat ad ὕστερον: ut intelligamus, ἐκέλευε δὲ λέγειν διὰ τί ἄλλον ὕστερον ἐπλήγη. vel τὸν ἄλλον ὕστερον. Sed & ἐκέλευεν (Xenophon videlicet) legi vult idem

“ Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες, ὁμολογῶ παῖσαι δὴ ἄνδρας πολλοὺς
“ ἕνεκα ἀταξίας· οἷς σώζεσθαι μὲν ἤρκει δι' [1] ὑμᾶς, ἐν τάξει
“ τε ἰόντων καὶ μαχομένων ὅπου δέοι· αὐτοὶ δὲ λιπόντες τὰς
“ τάξεις, προθέοντες ἁρπάζειν ἤθελον, καὶ [2] ὑμῶν πλεονεκτεῖν.
“ Εἰ δὲ τοῦτο πάντες ἐποιοῦμεν, ἅπαντες ἂν ἀπωλόμεθα. [3] Ἤδη
“ δὲ καὶ μαλακιζόμενόν τινα, καὶ οὐκ ἐθέλοντα ἀνίστασθαι, ἀλλὰ
“ [4] προϊέμενον ἑαυτὸν τοῖς πολεμίοις, καὶ ἔπαισα, καὶ ἐβιασάμην
“ πορεύεσθαι. [5] Ἐν γὰρ τῷ ἰσχυρῷ χειμῶνι καὶ αὐτός
“ ποτε ἀναμένων τινὰς συσκευαζομένους, καθεζόμενος συχνὸν
“ χρόνον, κατέμαθον ἀναστὰς [6] μόγις, καὶ τὰ σκέλη μόγις ἐκτείνας.
“ Ἐν ἐμαυτῷ οὖν [7] πεῖραν λαβὼν, ἐκ τούτου καὶ ἄλλον

“ Ego, viri, fateor multos me ſanè, quòd ordines deſererent,
“ verberâſſe; qui ſatìs quidem habuerunt veſtrâ operâ incolumes
“ evadere, cùm vos & ordines ſervaretis & ubi opus eſſet dimicaretis:
“ at ipſi cùm deſeruerint ordines, præcurrentes *obvia*
“ *quæque* rapere volebant, & ampliorem quàm vos portionem
“ habere. Quòd ſi omnes hoc feciſſemus, periiſſemus univerſi.
“ Jam verò quendam etiam præ molli inertiâ deſidentem, qui neque
“ ſurgere volebat, & hoſtibus ſe perdendum exponebat, tum
“ cæcidi, tum vi ad iter pergendum coëgi. Nam & ipſe cùm rigidâ
“ illâ hieme *incumbente* nonnullos aliquando expectarem qui
“ ſarcinas colligerent, poſteaquam diu conſediſſem, difficulter
“ me ſurgere animadverti, ac difficulter crura extendere. Quapropter
“ facto in me ipſo periculo, ex eo *tempore* etiam alium

---

vir doctus. MS. Eton. dat ἄλλος δὲ ᾐτιᾶτο λέγων, &c. unde repoſui ἄλλος δὲ ᾐτιᾶτο &c. Numeri mutationem in voce primâ poſtulare videntur, quæ mox ſequuntur, iſta, Ἐπεὶ δ' οὐκ ἐδέχετο, &c. & mutationi τοῦ ᾐτιῶντο in ᾐτιᾶτο non tantùm MS. Eton. ſed & illa, quæ leguntur p. 433. adſtipulantur, Καὶ ὁ Ξενοφῶν [illegible] ᾐτιάσατο αὐτὸν &c.

[1] Ὑμᾶς.] Sic edit. vet. & Steph. Legitur in aliis & MSto Eton. ἡμᾶς.

[2] Ὑμῶν πλεονεκτεῖν.] MS. Eton. ἡμῶν. Rectiùs libri editi, quos vidi, omnes ὑμῶν. De verbo vide ſis p. 384. n. 9.

[3] Ἤδη δὲ καὶ μαλακιζόμενον &c.] Lege p. 310.

[4] Προϊέμενον &c.] Vide p. 94. n. 3.

[5] Ἐν γὰρ τῷ ἰσχυρῷ &c.] Lege p. 300, 301 & ſeq.

[6] Μόγις.] Adi, ſi placet, p. 370. n. 1.

[7] Πεῖραν λαβὼν, ἐκ τούτου &c.] Locus diſtingui ſolet ità, πεῖραν λαβὼν ἐκ τούτου, καὶ &c. Sed

“ὁπότε ἴδοιμι καθήμενον καὶ βλακεύοντα, ἤλαυνον· [1] τὸ
“γὰρ κινεῖσθαι καὶ ἀνδρίζεσθαι παρεῖχε θερμασίαν τινὰ καὶ
“ὑγρότητα· τὸ δὲ καθῆσθαι καὶ ἡσυχίαν ἔχειν ἑώρων ὑπουρ-
“γὸν ὂν [2] τῷ τε ἀποπήγνυσθαι τὸ αἷμα, καὶ τῷ ἀποσήπεσθαι
“τοὺς τῶν ποδῶν δακτύλους· ἅπερ πολλοὺς καὶ ὑμεῖς ἴστε
“παθόντας. Ἄλλον δέ γε ἴσως ἀπολειπόμενον [3] διὰ ῥᾳ-
“στώνην, καὶ κωλύοντα καὶ ὑμᾶς τοὺς πρόσθεν καὶ ἡμᾶς
“τοὺς ὄπισθεν πορεύεσθαι, ἔπαισα πὺξ, ὅπως μὴ λόγχῃ
“ὑπὸ τῶν πολεμίων παίοιτο. [4] Καὶ γὰρ οὖν νῦν ἔξεστιν
“αὐτοῖς σωθεῖσιν, εἴ τι ὑπ' ἐμοῦ ἔπαθον παρὰ τὸ δίκαιον,
“δίκην λαβεῖν. Εἰ δ' ἐπὶ τοῖς πολεμίοις ἐγένοντο, τί μέ-
“γα ἂν οὕτως ἔπαθον, [5] ὅτου δίκην ἂν ἠξίουν λαμ-

“quoties ſedentem ac ſocordiæ ſe dedentem conſpicerem, im-
“pellebam: nam motus ipſe viriléſque conatus calorem quen-
“dam & agilitatem ſuppeditabant; *contrà* verò ſeſſionem ceſſa-
“tionémque id efficere videbam, ut ſanguis *frigore* concreſceret,
“& digiti pedum putreſcerent: quæ quidem multis accidiſſe vos
“etiam nôſtis. Alium præterea qui fortè reſpirandi cauſâ ſub-
“ſiſtebat, ac tam vos *qui* in primore agmine *verſati eſtis*, quàm
“nos in extremo *collocatos*, quo minùs progrederemur impedie-
“bat, pugno verberavi, ut nè ab hoſtibus haſtâ percuteretur.
“Jámque adeò certè licet iis ſervatis, pœnas ſumere, ſi quid à
“me incommodi præter æquum acceperunt. Quòd ſi in hoſtium
“poteſtatem veniſſent, quid tam grave pati potuiſſent, cujus

Sed rectè obſervavit Steph. aptiùs hæc verba [illegible] ſequentibus jungi poſſe, mutatâ interpunctionis ſede; ut intelligas [illegible].

[1] Τὸ γὰρ κινεῖσθαι &c.] Adi p. 309.

[2] Τῷ τε ἀποπήγνυσθαι τὸ αἷμ. &c.] Reſpice p. 308 & ſeq.

[3] Διὰ ῥᾳστώνην,] Suid. Ῥᾳστώνη, [illegible]. Lege p. 311.

[4] Καὶ γὰρ &c.] Hæc particula reſpicere videtur, non quod proximè præceſſit, ſed quod elegantiùs reticendum cenſuit auctor: quaſi dixiſſet, [illegible]. Cujuſmodi dictionis exempla plura notavit Cl. Clark. ad Hom. Il. ε'. v. 22. ζ'. v. 447. υ'. v. 132. alibi.

[5] Ὅτου δίκην ἂν ἠξίουν] Particulam ἂν ex MSto Eton. reſtitui: in quo tamen & editis quibuſdam [illegible] pro [illegible] peſſimè legitur.

„βολύειν; Ἁπλοῦς μοι, ἔφη, ὁ λόγος· [1] Ἐγὼ γὰρ εἰ μὲν
„ἐπ' ἀγαθῷ ἐκόλασα τινὰ, ἀξιῶ ὑπέχειν δίκην, οἵαν
„καὶ γονεῖς υἱοῖς καὶ διδάσκαλοι παισί. [2] Καὶ γὰρ ἰατροὶ
„τέμνουσι καὶ καίουσιν ἐπ' ἀγαθῷ. Εἰ δὲ ὕβρει νομίζετε με
„ταῦτα πράττειν, ἐνθυμήθητε ὅτι νῦν ἐγὼ θαῤῥῶ σὺν
„τοῖς θεοῖς μᾶλλον ἢ τότε, καὶ θρασύτερός εἰμι νῦν ἢ τότε,
„καὶ οἶνον πλείω πίνω· ἀλλ' ὅμως οὐδένα παίω· [3] ἐν εὐδίᾳ
„γὰρ ὁρῶ ὑμᾶς. Οταν δὲ χειμὼν ᾖ, καὶ [4] θάλαττα με-
„γάλη ἐπιφέρηται, οὐχ ὁρᾶτε ὅτι καὶ νεύματος μόνου
„ἕνεκα χαλεπαίνει μὲν [5] πρωρεὺς τοῖς ἐν πρώρᾳ, χαλε-
„παίνει δὲ κυβερνήτης τοῖς ἐν πρύμνῃ; Ἱκανὰ γὰρ ἐν τῷ

„pœnas expetere voluerint? Simplici ego, inquit, oratione utor:
„Si quem equidem *ſui ipſius* commodi cauſâ caſtigavi, pœnam
„ejuſmodi ſubire non recuſo, quam parentes filiis & magiſtri
„diſcipulis *reddere debeant*. Etenim medici *graviter affectum* ſe-
„cant & urunt boni cauſâ. Quòd ſi me *adductum* petulantiâ fe-
„ciſſe hæc exiſtimatis, cogitate *quæſo* cum animis veſtris deorum
„beneficio mihi jam majorem eſſe quàm illo tempore fiduciam,
„& audentiorem me modò eſſe quàm id temporis *fuerim*, ac
„plus vini bibere; at *hominum* tamen neminem pulſo: nam tran-
„quillitate *quadam* vos *jam* uti video. At verò cùm tempeſtas
„ſit *coorta*, & mare magnum inſurgat, annon ſolius cauſâ nutûs
„proræ magiſtrum iis iraſci videtis, qui ſunt in prorâ, *itidémque*
„gubernatorem iis qui ſunt in puppi? Nam vel levia peccata

---

[1] *Ἐγὼ γὰρ εἰ μὲν &c.*] Conſule *Grot.* de B. & P. l. 2. c. 20. ſect. 7.

[2] *Καὶ γὰρ ἰατροὶ &c.*] Cùm τῷ γὰρ (inquit *Stephan.*) ſit rationem reddentis ejus quod dixit, planè perſuaſum habeo, quædam verba librarium omiſiſſe inter hæc, καὶ γὰρ ἰατροὶ &c. & illa, καὶ διδάσκαλοι παισί. Alioquin enim dixiſſet Xenophon, non καὶ γὰρ ἰατροί, ſed καὶ ἰατροὶ δὲ, vel ὥσπερ καὶ ἰατροὶ &c. aut potiùs, ὥσπερ μὲν καὶ ἰατροὶ &c. Hæc ille. Sed particulam γὰρ non ſemper cauſæ ſignificationem habere, ſæpè ſuprà oſtendimus. Vide ſis p. 356. n. 2.

[3] *Ἐν εὐδίᾳ &c.*] Eadem vox τῷ χειμὼν opponitur Matt. XVI. 2, 3.

[4] *Θάλαττα μεγάλη*] Dicitur ut *magnum mare* Lucret. l. 2. v. 553. pro *tumidum, commotum*.

[5] *Πρωρεὺς — κυβερνήτης*] *Plauto* ſunt itidem *proreta & gubernator*, Rud. act. 4. ſc. 3. v. 75.

“ τοιούτῳ καὶ μικρὰ ἁμαρτηθέντα πάντα [1] συνεπιτρίψαι. Ὅτι
“ δὲ δικαίως ἔπαιον αὐτοὺς, καὶ ὑμεῖς [2] κατεδικαιώσατε τότε· [3] ἔχον-
“ τες γὰρ οὐ ψήφους, ἀλλ' ὅπλα, παρειστήκειτε, καὶ ἐξῆν ὑμῖν ἐπι-
“ κουρεῖν αὐτοῖς, εἰ ἐβούλεσθε. Ἀλλὰ μὰ Δία οὔτε τούτοις ἐπε-
“ κουρεῖτε, οὔτε σὺν ἐμοὶ τὸν ἀτακτοῦντα ἐπαίετε. Τοιγαροῦν
“ ἐξουσίαν ἐποιήσατε τοῖς κακοῖς αὐτῶν, ὑβρίζειν ἐῶντες αὐ-
“ τούς. Οἶμαι γὰρ, εἰ ἐθέλετε σκοπεῖν, τοὺς αὐτοὺς [4] εὑρήσεσθαι
“ τότε κακίστους, καὶ νῦν ὑβριστοτάτους. Βοΐσκος μὲν οὖν ὁ πύκτης
“ ὁ Θετταλὸς τότε μὲν διεμάχετο, ὡς κάμνων, ἀσπίδα μὴ φέ-
“ ρειν· νῦν δ', ὡς ἐγὼ ἀκούω, Κοτυωριτῶν πολλοὺς ἀποδέδυκεν.
“ Ἂν οὖν σωφρονῆτε, [5] τούτῳ τἀναντία ποιήσετε ἢ τοὺς κύνας

“ tali tempore omnia ſimul affligere poſſunt. Jure autem me il-
“ los verberâſſe vos etiam veſtro tunc judicio declarâſtis: in-
“ ſtructi enim non calculis *utique*, ſed armis, adſtabatis, atque
“ vobis opem ferre iis licuiſſet, ſi voluiſſetis. At profectò neque
“ opem his ferebatis, neque mecum eum, qui ordinem non ſer-
“ varet, cædebatis. Itaque ignavis *ex* eorum *numero quibuſque*
“ licentiam dediſtis, dum eos petulanter ſe gerere ſinebatis. Nam,
“ ſi *rem* conſiderare voluiſſetis, eoſdem, opinor, reperietis tunc
“ ignaviſſimos fuiſſe, qui modò ſunt petulantiſſimi. Boiſcus certè
“ quidem pugil ille Theſſalus id temporis acriter contendebat,
“ quippe quòd laboraret, ſcutum ſibi ferendum non eſſe: nunc
“ autem, ut equidem audio, de Cotyoritis multos ſpoliavit.
“ Quamobrem ſi ſapitis, huic contrà facietis atque canes ſolent

---

[1] Συνεπιτρίψαι] In lexicis id verbi fruſtrà quæſiveris.

[2] Κατεδικαιώσατε] Senſum verbi, quem locus hic poſtulare videtur, non agnoſcunt Lexicogr.

[3] Ἔχοντες γὰρ οὐ ψήφους, &c.] MS. Eton. ἔχοντες ξίφη, οὐ ψήφους &c. quam, opinor, lectionem auriculis indulſit librarius.

[4] Εὑρήσεσθαι] MS. Eton. εὑρήσειν.

[5] Τούτῳ] *Steph.* aut τοῦτον aut certè τούτου ſcribendum cenſuit: nam accuſativum, inquit, potiùs quàm dativum, tali adhibere loco Xenophontem exiſtimo. Mihi verò ſana videtur vulgata ſcriptura: nam & hæc & illa apud auctores uſitata eſt conſtructio. Sic *Plat.* apolog. Socr. ferè mediâ, Ταῦτα καὶ νεωτέρῳ καὶ πρεσβυτέρῳ, ὅτῳ ἂν ἐντυγχάνω, ποιήσω, καὶ ξένῳ καὶ &c. *Ariſtoph.* Νεφ. v. 257.

Οὐκ, ἀλλὰ ταῦτα πάντα τοὺς τελουμένους
Ἡμεῖς ποιοῦμεν —

Confer Matt. XXI. v. 40. & XXVII. 22.

“[1] ποιοῦσι· καὶ γὰρ κύνας τοὺς χαλεποὺς τὰς μὲν ἡμέρας δεσμεύουσι, τὰς δὲ νύκτας ἀφιᾶσι· τοῦτον δὲ, ἂν σωφρονῆτε, τὴν νύκτα μὲν δήσετε, τὴν δὲ ἡμέραν ἀφήσετε. Ἀλλὰ γὰρ, ἔφη, θαυμάζω ὅτι, εἰ μὲν τινι ὑμῶν ἀπηχθόμην, μέμνησθε, καὶ οὐ σιωπᾶτε· [2] εἰ δέ τῳ ἢ χειμῶνα ἐπεκούρησα, ἢ πολέμιον [3] ἀπήρυξα, ἢ ἀσθενοῦντι ἢ ἀποροῦντι [4] συνεξευπόρισά τι, τούτων δὲ οὐδεὶς μέμνηται· οὐδ᾽ εἴ τινα καλῶς τι ποιοῦντα ἐπῄνεσα, οὐδ᾽ εἴ τιν᾽ ἄνδρα ἀγαθὸν ὄντα ἐτίμησα ὡς ἐδυνάμην, οὐδὲ τούτων μέμνησθε. Ἀλλὰ μὴν καλόν γε καὶ δίκαιον, καὶ ὅσιον καὶ ἥδιον τῶν ἀγαθῶν μᾶλλον ἢ τῶν κακῶν μεμνῆσθαι.”

“tractare: nam canes quidem feroces interdiu vinculis conſtringunt, dimittunt noctu; hunc, ſi ſapitis, noctu vinctum tenebitis, interdiu ſolutum eſſe patiemini. Enimverò miror, inquit, meminiſſe vos, ac minimè tacere, ſi in veſtrûm alicujus odium incurrerim; at ſi cui contra vim ſævæ tempeſtatis opem tuli, vel hoſtem propulſavi, vel ægrotanti vel inopiâ laboranti aliquid ſuppeditavi, horum verò neminem recordari: neque ſi quem præclarè aliquid agentem collaudavi, neque ſi quem virum fortem ut potui ornavi, neque horum, *inquam*, meminiſtis. Atqui honeſtum certè eſt & æquum & pium & jucundius benefactorum potiùs quàm injuriarum meminiſſe.”

---

[1] Ποιοῦσι] Vide p. 231. n. 2. Adde Cl. *Perizon.* ad Sanct. Min. l. 4. c. 4. p. 652 & ſeq.

[2] Εἰ δέ τῳ ἢ χειμῶνα &c.] Inſpice p. 307 & 309.

[3] Ἀπήρυξα.] In edit. *Ald. Flor.* & MSto Eton. legitur ἀπεμήρυξα. Peſſimè. Poëticis quidem verbis, quibus gaudere ſolet Noſter, adnumerandum eſt ἀπερύκω. Eodem aliàs ſæpè utitur. *Memorab.* l. 2. haud ità longè à fine, ἵνα σοι τοὺς λύκους ἀπὸ τῶν προβάτων ἀπερύκωσι; & ibid. mox infrà — οὐδ᾽ ἀπερύκειν τοὺς &c.

[4] Συνεξεπόρισα] Quod reponendum rectè conjecit *Steph.* Vulgò ſcribitur συνεξευπόρισα. In lexicis *Steph.* & *Conſt.* nec hoc nec illud comparet verbum.

Ἐκ τούτου μὲν δὴ ἀνίσταντο καὶ ἀνεμίμνησκον· [1] καὶ περιεγένετο ὥστε καλῶς ἔχειν.

Poſtea quidem *quàm hæc dicta erant*, ſurgebant *omnes* & *univerſa* memoriâ repetebant; atque hic exitus erat, ut *omnia* bellè ſe haberent.

---

[1] Καὶ περιεγένετο] Scribitur etiam καὶ [illegible] Malè. MS.Eton. exhibet καὶ [illegible] unde facilè recepta colligitur ſcriptura: quam ſic exponit Stephanus: *Et res ipſa hunc exitum habuit*; vel, *hæc evaſit*; vel, *& his exitus fuit ut &c.* Quæ mihi quidem ſatis placet interpretatio: *Mureto* non item; quippe qui locum ſic expoſuerit; *Et vicit Xenophon eos, qui ſibi calumniam intendebant.*

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ Ϛʹ.

Ἐκ τούτου δὲ ἐν τῇ διατριβῇ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἔζων, οἱ δὲ, λῃϊζόμενοι ἐκ τῆς Παφλαγονίας. [1] Ἐκλώπευον δὲ καὶ οἱ Παφλαγόνες εὖ μάλα τοὺς ἀποσκεδαννυμένους, καὶ τῆς νυκτὸς δὲ τοὺς πρόσω σκηνοῦντας ἐπειρῶντο κακουργεῖν· καὶ [2] πολεμικώτερον πρὸς ἀλλήλους εἶχον ἐκ τούτων. Ὁ δὲ Κορύλας, ὃς ἐτύγχανε τότε Παφλαγονίας ἄρχων, πέμπει παρὰ τοὺς Ἕλληνας πρέσβεις, ἔχοντας ἵππους καὶ στολὰς καλὰς, λέγοντας ὅτι Κορύλας ἕτοιμος εἴη τοὺς Ἕλληνας μήτ' ἀδικεῖν, μήτ' αὐτὸς ἀδικεῖσθαι. Οἱ δὲ στρατηγοὶ ἀπεκρίναντο ὅτι περὶ μὲν τούτων ἐν τῇ στρατιᾷ βουλεύ-

Ex eo tempore, dum iſthic commorati ſunt, quidam ex foro, quidam ex Paphlagoniâ prædam agendo victum *ſibi* comparabant. Verùm Paphlagones etiam *hinc indè* palatos ſcitè admodùm ſpoliabant, & noctu eos, qui longiùs *à cæteris* tabernacula ponebant, infeſtare conabantur: atque his *adeò* ex cauſis hoſtili *magis magiſque* in ſe invicem erant animo. At Corylas, qui Paphlagoniæ id temporis imperabat, legatos cum equis & veſtimentis elegantibus ad Græcos mittit, qui dicerent Corylam eo eſſe animo, ut neque Græcos injuriâ lædere, neque ſeſe lædi vellet. Reſponderunt duces ſe de his apud exercitum delibera-

---

[1] *Ἐκλώπευον*] In lexicis ſine auctore reperitur *κλωπεύω*. Legitur & *κλωπεύειν* apud Noſtr. *Ἀπομν. Βιβ.* haud ità longè ab initio. Cæterùm, *Leuncl.* vertit *furtim adgrediebantur*.

[2] *Πολεμικώτερον*] MS. Eton. *πολεμικώτατα*.

σαιντο, [1] ἐπὶ ξενίᾳ δ' ἐδέχοντο αὐτούς· παρεκάλεσαν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀνδρῶν, οὓς ἐδόκει δικαιότατον εἶναι. Θύσαντες δὲ [2] τῶν αἰχμαλώτων βοῶν καὶ ἄλλα [3] ἱερεῖα, εὐωχίαν μὲν ἀρκοῦσαν παρεῖχον, κατακείμενοι δὲ [4] ἐν στιβάσιν ἐδείπνουν, [5] καὶ ἔπινον ἐκ κερατίνων ποτηρίων, οἷς ἐνετύγχανον ἐν τῇ χώρᾳ.

[6] Ἐπεὶ δὲ αἱ σπονδαί τ' ἐγένοντο καὶ [7] ἐπαιάνισαν, ἀνέ-

turos, eos verò *intereà* hoſpitali *menſâ* excipiebant: ex aliis etiam viris *eos*, quos *invitari* æquiſſimum eſſe videbatur, arceſſebant. Cùm autem de bubus captivis *quoſdam* & alia mactâſſent animantia, epulum ſatis largum præbuerunt, cùm herbaceis in toris inter cœnandum diſcumberent, & in poculis biberent corneis, quæ *illâ* in regione nacti fuerant.

Poſteaquam libationes eſſent peractæ & pæana ceciniſſent, ϛησαν πρῶτον Θρᾷκες, [1] καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχήσαντό τε σὺν τοῖς ὅπλοις, [2] καὶ ἥλλοντο ὑψηλά τε καὶ κούφως, καὶ ταῖς μαχαίραις ἐχρῶντο· τέλος δὲ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον παίει, ὡς πᾶσι δοκεῖν [3] πεπληγέναι τὸν ἄνθρωπον· [4] ὁ δ᾽ ἔπαισε τεχνικῶς πως. Καὶ ἀνέκραγον οἱ Παφλαγόνες. Καὶ ὁ μὲν, σκυλεύσας τὰ ὅπλα τοῦ ἑτέρου, ἐξῄει [5] ᾄδων Σιτάλκαν· ἄλλοι δὲ τῶν Θρᾳκῶν

---

[1] Ἐπὶ ξενίᾳ &c.] Supple τραπέζῃ. Similiter *Lucian.* Icaromen. haud ità longè à fine, Ἀλλὰ νῦν μὲν ἐπὶ ξενίᾳ σε καλοῦμεν. Et *Ælian.* V. H. l. 3. c. 37. ὅταν ἐπὶ ξενίᾳ συγκαλῶσιν &c. Idem l. 9. c. 15. ἐπὶ ξενίᾳ [illegible] &c. *H.* quidem *Steph.* in Theſ. ad v. Ξενία, ſuſpectos iſtiuſmodi locos habet, ubi legitur ἐπὶ ξενίᾳ καλεῖν, & vel ἐπὶ ξένια, (*ſcil.* ἃ ξένια) vel ἐπὶ ξενίαν, reponendum cenſet. Tu vide ſis doctiſſ. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. l. 3. c. 37. n. 2. Apud Noſtrum ſanè *Hiſt. Gr.* l. 6. ferè med. legitur, ὅτε γὰρ ἐπὶ ξένια [illegible] &c. at libens reſcripſerim ἐπὶ ξενίᾳ &c.

[2] Τῶν αἰχμαλώτων βοῶν] MS. Eton. τῶν αἰχμαλώτων βοῶν. Sed vide p. 347. n. 7.

[3] Ἱερεῖα,] Adi p. 424. n. 1.

[4] Ἐν στιβάσιν] MS. Eton. [illegible]. Sed non eſt, cur vocem receptam loco moveamus. *Heſych.* & *Phavor.* Στιβάς, ἀπὸ ῥάβδων ἢ χλωρῶν χόρτων στρῶσις ἢ φύλλων [illegible]. *Suid.* Στιβάδες, στρωμναί, ἢ [illegible]. Erant igitur στιβάδες (uti *Steph.* in Theſ.) tori ex herbis aut foliis, arundinibus aut frondibus; in quibus humi ſtratis vel diſcumbebant cœnaturi, vel cubabant dormituri.

[5] Καὶ ἔπινον ἐκ κερατίνων &c.] MS. Eton. & libri quidam typis impreſſi, καὶ ἔπινον κερατίνοις ποτηρίοις, &c. His accedit *Athenæus* l. 11. c. 7. Ἐν δὲ ταύτῃ (*ſcil.* τῇ Ἀναβάσει) περὶ Παφλαγόνων διηγούμενός φησι, (nempe, Xenophon) κατακείμενοι δ' ἐν στιβάσιν ἐδείπνουν, καὶ ἔπινον κερατίνοις ποτηρίοις. Legitur etiam ἐν κερατίνοις &c. Sed his anteferenda videtur, quam recepimus, ſcriptura. *Athen.* ipſe ibid. plura receptæ lectionis ſuppeditat exempla: è *Pindaro*, ἐκ κεράτων [illegible] &c. ex *Hermippo*, [illegible] &c. Addit deinde, Ἀθηναῖοι δὲ [illegible] ἐξ αὐτῶν. Cæterùm, de iſtiuſmodi poculorum uſu quædam in libro proximè ſequente notanda venient.

[6] Ἐπεὶ δὲ αἱ σπονδαὶ &c.] *Athen.* l. 1. c. 13. Καὶ ἦν ὁ [illegible] ἐν τῷ παρὰ Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ συμποσίῳ. Deinde prolixè locum hunc Xenophontéum deſcribit, atque adeò ſe errore lapſum oſtendit, cùm ad convivium apud Seuthen illum lectorem rejecerit; quippe cujus in libro ſeptimo meminit Xenophon. Illud monendum eſt, *Athenæum* verbis aliis, uti ſit, quàm quæ Xenophontis, quas vidi, omnes exhibent editiones, [illegible] hunc locum, ab his verbis, Ἐπεὶ

Thraces primùm ſurrexerunt, & armati ad tibiam ſaltârunt, ſalierúntque *adeò* altè & agiliter, ac gladiis utebantur: ad extremum alter alterum ferit, ut omnibus hominem cæcidiſſe videretur: at ille certo quodam artificio percuſſerat. Et *ibi tum* Paphlagones clamorem tollebant. Ac is quidem, cùm alterum armis ſpoliâſſet, cantans Sitalcam exibat: alii verò Thraces alte-

---

[illegible] σπονδαί τε ἐγένοντο &c usque ad [illegible], repræſentâſſe.

7 Ἐπαιάνισαν,] Scribitur & ἐπαιώνισαν. Sed vide p. 208. n. 3. Adde Illuſtr. *Spanh.* Obſervat. in *Callimach.* p. 3.

[1] Καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχήσαντο &c.] *Armatâ* quæ dicitur *ſaltatione*, tibiis intereà modulatè canentibus, veteres tam barbari quàm Græci exercere ſeſe & oblectare ſolebant. De Amazonibus *Callimach.* hym. in *Dian.* v. 241. Πρῶτα μὲν ἐν σακέεσσιν ἐνόπλιον, ἀμφὶ δὲ κύκλον

Στησάμεναι χορὸν εὐρύν· ὑπήεισαν δὲ λίγειαι
Λεπταλέον σύριγγες, ἵνα ῥήσσωσιν ὁμαρτῇ.

In quem locum vide Illuſtr. *Spanh.* Obſervat. p. 291. & binas diſſertat. doctiſ. *Burette* de ſaltat. veter. (ut eum potiſſimùm nominem) quæ in tomo ſecundo Memor. Liter. Academ. Pariſ. reperiuntur. Adde Eruditiſ. *Montfauc.* Antiq. T. 3. p. 2. l. 4. c. 1.

[2] Καὶ ἥλλοντο] Scribitur & ἥλοντο. Malè. Nam ἥλλοντο (uti rectè notavit *Portus*) eſt aor. 2. med. Sic apud *Sophocl.* Oedip. Tyr. v. 1335. ἐνήλατο. Similiter ſcribitur aor. 1. *Homer.* Il. μ′. v. 438.

— ὃς πρῶτος ἐσήλατο τεῖχος Ἀχαιῶν.

[3] Πεπληγέναι] Legitur & πεπληχέναι apud *Athen.* loco cit. Sed rectiùs MS. Eton. & libri editi dant πεπληγέναι.

[4] Ὁ δ᾽ ἔπαισε &c.] Ità MS. Eton. & editi, quos mihi videre contigit, omnes. *Athen.* exhibet ὁ δ᾽ ἔπεσε *&c.* quomodo legendum cenſuit *Muretus*: "Significat enim eum, (verba ejuſdem viri eruditi legis) qui percuſſus fuerat, artificioſè quodammodo cecidiſſe, ità ut ex accepto vulnere mortuus videretur." Hanc qui non improbat ſcripturam, probet ejuſdem *Athenæi* πεπληχέναι.

[5] Ἄιδων Σιτάλκαν] Sic MS. Eton. & *Athen.* loco cit. Vulgò legitur Σιτάλκα. quod nonnulli cantionis fuiſſe genus exiſtimârunt, cui nomen fuerit à Sitalce Thracum rege, de quo *Thucyd.* l. 2. c. 29. & *Diodor. Sic.* l. 12. p. 104. Malim equidem, auctoritate MSti Eton. & *Athenæi* nixus, ipſum Sitalcæ nomen retineri. Moris quippe fuiſſe barbarorum, ut regum bonorum laudes cantarent, paſſim teſtantur auctores. Sic Noſter K. Π. p. 6. Φωνῇ δὲ ὁ Κῦρος λέγεται, καὶ ᾄδεται ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων &c. *Tacit.* de Arminio *Ann.* l. 2. extremo; *caniturque adhuc barbaras apud gentes* — Amm. Marcell. l. 24. c. 4. de Perſis, — *ex uſu moris gentici juſtitiam felicitatémque regis ſui canoris vocibus extollentes.* Dignum autem fuiſſe Sitalcam, cujus nomen cantu celebrarent Thraces, abundè docet *Diodor. Sic.* loco citato.

τὸν ἕτερον ἐξέφερον ὡς τεθνεῶτα· ἦν δὲ οὐδὲν πεπονθώς. [1] Μετὰ τοῦτο Αἰνιᾶνες καὶ Μάγνητες ἀνέστησαν, οἳ [2] ὠρχοῦντο τὴν καρπαίαν καλουμένην ἐν τοῖς ὅπλοις. Ὁ δὲ τρόπος τῆς ὀρχήσεως ἦν ὅδε· Ὁ μὲν, παραθέμενος τὰ ὅπλα, σπείρει καὶ ζευγηλατεῖ, πυκνὰ μεταστρεφόμενος, ὡς φοβούμενος· λῃστὴς δὲ προσέρχεται· [3] ὁ δ', ἐπειδὰν προΐδηται, ἀπαντᾷ ἁρπάσας τὰ ὅπλα, καὶ μάχεται πρὸ τοῦ ζεύγους· ([4] καὶ οὗτοι ταῦτ' ἐποίουν ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν) καὶ τέλος ὁ λῃστὴς δήσας τὸν ἄνδρα, καὶ τὸ ζεῦγος ἀπάγει. Ἐνίοτε δὲ καὶ ὁ [5] ζευγη-

rum veluti mortuum efferebant: at illi nihil mali acciderat. Deinde Ænianes & Magnetes ſurrexerunt, qui ſaltationem *eam*, quæ ſementiva vocatur, armati exhibebant. Modus autem ſaltationis hic erat: Quidam, armis propè appoſitis, ſementem facit & boum jugum agit, frequenter ſe convertens, quaſi ſibi metueret: *ad eum* accedit prædo: *cui* ille ſtatim præviſo correptis armis occurrit, & ante jugum dimicat: (hi etiam in numerum ad tibiam hæc faciebant) atque tandem prædo, poſtquam ligavit hominem, jugum etiam *unà cum ipſo* abigit. Nonnunquam & ju-

---

[1] Μετὰ τοῦτο] MS. Eton. Μετὰ ταῦτα &c. *Athen.* loco jam ſæpè cit. Μετὰ τοῦτο &c.

[2] Ὠρχοῦντο τὴν καρπαίαν] *Heſych.* Κάρπαια, ὄρχησις Μακεδονική. Repone, Καρπαία. *Phavor.* Καρπαία, εἶδος ὀρχήσεως. *Suid.* Καρπαία· εἶδος ὀρχήσεως· ὥσπερ Ξενοφῶν ἐν τῇ Ἀναβάσει. [illegible] *Maxim. Tyr.* diſſert. 12. p.128. edit. Cant. — [illegible]

[3] Ὁ δ', ἐπειδὰν &c.] MS. Eton. & edit. quædam vet. ὁ δ' ἐπειδὰν προΐδηται &c. *Athen.* ὁ δὲ, ἐπὰν προΐδηται, &c.

[4] Καὶ οὗτοι ταῦτ' ἐποίουν &c.] *Suid.* Ῥυθμὸς [illegible] — [illegible] Adde p. 384. n. 1. Quod ἐν ῥυθμῷ ποιεῖν Græcis eſt, Latinis eſt in numerum &c. Virgil. ecl. 6. v. 27.

Tum verò in numerum Faunóſque feráſque viderес
Ludere, &c.

Servius: *In numerum ludere*, i. e. ſaltare ad modum rhythmi & cantilenæ; vel, ad certam modulationem. *Adde* [illegible] l.2.v.631. Porrò, *Athen.* exhibet — μάχεται πρὸ ζεύγους ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλόν: cæteris omiſſis.

[5] Ζευγηλάτην] In Lexico Gr. Lat. vet. exponitur

λάτης τὸν λῃστὴν εἶτα παρὰ τὼ βοῦς ζεύξας, ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένον ἐλαύνει.

Μετὰ τοῦτο Μυσὸς εἰσῆλθεν, ἐν ἑκατέρᾳ τῇ χειρὶ ἔχων πέλτην· καὶ τοτὲ μὲν ὡς δύο ἀντιταττομένων μιμούμενος ὠρχεῖτο, τοτὲ δὲ ὡς πρὸς ἕνα ἐχρῆτο ταῖς πέλταις, τοτὲ δὲ ἐδινεῖτο καὶ [1] ἐξεκυβίστα, ἔχων τὰς πέλτας· ὥστε ὄψιν ἔχων καλὴν φαίνεσθαι. [2] Τέλος δὲ τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κρούων τὰς πέλτας· καὶ ὤκλαζε, καὶ ἀνίστατο· [3] καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐποίει. [4] Επὶ δὲ τούτῳ ἐπιόντες οἱ Μαντινεῖς, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Αρκάδων ἀναστάντες,

garius prædonem *ſuperat*; dein ubi bubus junxit, eum manibus poſt tergum revinctis agit.

Poſteà Myſus ingreſſus eſt, utrâque manu peltam tenens; ac modò quidem ità ſaltabat, ut eum qui cum duobus pugnat adverſariis imitaretur, modò peltis *ſic* utebatur, quaſi cum uno congrederetur; modò ſe circumagebat & in caput præcipitem ſe projecit, cùm *nihilominùs* peltas retineret; adeò ut pulchrum ſpectaculum præbere videretur. Tandem Perſico ſaltabat ritu, collidens peltas; in genua etiam procumbebat, & ſurgebat: atque hæc omnia in numerum ad tibiam faciebat. *Huic* cùm ſucceſſiſſent Mantinenſes, ac de cæteris Arcadibus etiam nonnulli ſur-

---

ponitur *Bubulcus*. At *Heſych.* & *Phavor.* Ζευγηλάτης eſt γεωργός: Ζευγηλάτης, μετανάστης, ἀγροῖκος. In *Steph.* & *Conſtant.* Theſ. reperitur vox ſine auctore.

[1] Ἐξεκυβίστα,] Noſter in *Sympoſ.* haud ità longè ab init. de ſaltatrice quâdam, Μετὰ δὲ τοῦτο κύκλος εἰσηνέχθη περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν· εἰς οὖν ταῦτα ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα τε καὶ ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν. Lexicogr. ad verbum hoc citant tantùm *Eurip.* loco non indic. *Phavor.* Κυβιστᾷν κυρίως τὸ ἐπὶ κεφαλῆς ῥιπτεῖν — καὶ τὸ ἁπλῶς ἐν τῇ παλαίστρᾳ ἀρθέντα χεῖρας ἢ πόδας. Confer *Odyſſ.* Δ'. v. 18.

[2] Τέλος δὲ τὸ Περσικὸν &c.] Poſt illa verba εἶτα δὲ ὁ ζευγηλάτης τὸν λῃστήν. *Athenæus* ſubjungit, Καὶ ἄλλος, φησὶ, τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, καὶ κροτῶν τὰς πέλτας ὤκλαζε, καὶ ἐξανίστατο. In quâ lectione illud τε potiſſimùm *Stephano* placuit. Sed illud huic inſeri loco non opus eſt. Apud *Athenæum* quidem, cùm ea omiſiſſet omnia, quæ de Myſo narrat Noſter, neceſſarium erat. Cæterùm, de ſaltatione Perſicâ vide Diſſertat. II. K. Π. noſtræ præmiſ. pag. 47. ubi pro Ανάβ. l. 5. lege l. 6. Adde *J. Poll.* l. 4. ſegm. 100.

[3] Καὶ ταῦτα πάντα ἐν &c.] Vide paulò antè ſcripta p. 446. n. 4.

[4] Επὶ δὲ τούτῳ ἐπιόντες] Sic rectè MS. Eton. cùm editi plerique peſſimè repræſentent Επὶ δὲ τούτῳ ἐμπίνοντες &c.

ἐξωπλισμένοι ὡς ἐδύναντο κάλλιστα, [1] ᾔεσάν τε ἐν ῥυθμῷ, πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι, καὶ ἐπαιάνισαν, καὶ ὠρχήσαντο ὥσπερ [2] ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς προσόδοις. Ὁρῶντες δὲ οἱ Παφλαγόνες, [3] δεινὰ ἐποιοῦντο πάσας τὰς ὀρχήσεις ἐν ὅπλοις εἶναι. [4] Ἐπὶ τούτῳ ὁρῶν ὁ Μυσὸς ἐκπληττομένους αὐτούς, πείσας τῶν Ἀρκάδων τινὰ [5] πεπαμένον

rexiſſent, armis quàm potuerunt elegantiſſimis inſtructi, in numerum incedebant, cùm tibia ipſis *intereà* modum caneret armatæ ſaltationi convenientem, pæanémque canebant, & perinde ſaltabant atque deorum in ſupplicationibus *fieri conſuevit*. *Quæ* cùm Paphlagones vidèrent, mirificum *quiddam eſſe* ducebant, ſaltationes *haſce* omnes in armis fieri. Hìc Myſus qui eos videret attonitos, ubi quendam ex Arcadibus, qui ſaltatricem poſſidebat,

---

[1] Ἤεσάν τε ἐν ῥυθμῷ, &c.] Lege modò adlata p. 446. n. 4. & p. 384. n. 1. Si cui porrò libet Socratem audire de ſaltatione diſſerentem, adeat velim Xenophontis *Sympoſ.* Adde *Ariſtoph. Nub.* v. 651. ubi vide *Scholiaſt.* Kuſter. not. p. 59. & in primis *Ez. Spanhem.* p. 287 & ſeq.

[2] Ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς προσόδοις.] Vox hæc denotat *ſupplicationes* quæ diis fiunt; quod jam olim docuerunt viri eruditiſſ. *Ez. Spanh.* Obſerv. in *Callim.* p. 3. & Lamb. Bos *Animad.* ad *Ariſtid.* p. 72. Ariſtoph. *Nub.* v. 306. Καὶ πρόσοδοι μακάρων ἱεροπρεπέσταται — *Scholiaſt.* [illegible] Hinc ſua deſcripſit *Phavorin.* Ariſtid. p. 148. T. 1. edit. Oxon. [illegible] Idem p. 239. [illegible]

[3] Δεινὰ ἐποιοῦντο] *[illegible]* vertit, [illegible] *[illegible]*. Mihi quidem placuit verſio *Leunclaviana*: quam tamen perinde atque *Amaſ.* improbat J. Cleric. art. crit. part. 2. c. 2. "Neu-"ter, inquit, vim vocis aſſequutus videtur; "quæ ſi poſſet Latinè expediri, [illegible] ver-"teretur *[illegible]*." Haud ità feliciter. Quod autem vir [illegible] *[illegible]* ibidem addit, *[illegible]* utique *Stephanum* δεινὰ ποιεῖν exponere *indignè ferre, queri*, id verò alienum eſt. Nam aliud ſonat δεινὰ ποιεῖν, aliud δεινὰ ποιεῖσθαι. Hoc mihi certè planiùs indicare videtur, *Paphlagones rem, de qua agitur, in difficillimis atque adeò periculoſis habuiſſe*. Quapropter mox audiunt ἐκπληττόμενοι. Cæterùm, δεινὰ ποιεῖν itidem valere videtur *Sophocl. Ajac.* v. 1126.

— δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῇς θανών.

δεινὰ autem ἐποιοῦντο dixit Atticorum more elegantiſſimorum, qui adjectivis uti pluralitivis ſolent, ubi vulgò ſingularia reperiuntur. Vide p. 299. n. 4.

[4] Ἐπὶ τούτῳ] MS. Eton. Ἐπὶ τούτοις &c. Mihi vulgata placet ſcriptura; placet &, hoc utique in loco, ejuſmodi expoſitio, quam *Vigér.* c. 9. ſect. 4. adfert. *Circum illud tempus*, inquit vir doctus; *[illegible]* *aliquid dum fieret aut diceretur, aliquid aliud intervenit*, hoc ἐπὶ τούτῳ dicitur: Gallicè *ſur cela*; *ſur* vel *en ces entrefaites*.

[5] Πεπαμένον &c.] Etymol. m. in v. Πολυπάμμων. [illegible] Adde p. 231. n. 5. & conf. Noſtri *Sympoſ.* loco cit.

ὀρχηστρίδα, εἰσάγει σκευάσας ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, καὶ ἀσπίδα δοὺς κούφην αὐτῇ. [1] Ἡ δὲ ὠρχήσατο Πυῤῥίχην ἐλαφρῶς. Ἐνταῦθα κρότος ἦν πολύς· [2] καὶ οἱ Παφλαγόνες ἤροντο, εἰ καὶ γυναῖκες συνεμάχοντο αὐτοῖς. Οἱ δ' ἔλεγον ὅτι αὗται καὶ αἱ [3] τρεψάμεναι εἶεν βασιλέα ἐκ τοῦ στρατοπέδου. Τῇ μὲν οὖν νυκτὶ ταύτῃ τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο·

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ προσῆγον [4] αὐτοὺς εἰς τὸ στράτευμα· καὶ ἔδοξε τοῖς στρατιώταις μήτε ἀδικεῖν Παφλαγόνας, μήτε ἀδικεῖσθαι. Μετὰ τοῦτο οἱ μὲν πρέσβεις ᾤχοντο· ④ δ' Ἕλληνες, ἐπειδὴ πλοῖα ἱκανὰ ἐδόκει παρεῖναι, ἀναβάντες ἔπλεον ἡμέραν

ut id concederet, induxiſſet, *eam* quàm pulcherrimè poterat ornatam introducit, dato etiam ei ſcuto leviore. Saltabat illa Pyrrhicham agiliter. Ibi tum plauſus ingens *excitatus* erat; & Paphlagones interrogabant, an & mulieres unà cum ipſis pugnam capeſſerent. Reſponderunt illi, has ipſas regem è caſtris ejeciſſe. Et nocti quidem huic finis hic erat *impoſitus*:

Poſtridiè ad exercitum eos adducunt; atque militibus decretum erat, ut neque Paphlagonas injuriâ læderent, neque læderentur *ipſi*. Hoc facto *decreto* legati diſceſſère: at Græci, quia ſatis magna navium adeſſe copia videretur, conſcenſis iis diem

---

[1] Ἡ δὲ [ὠρχήσατο Πυῤῥίχην &c.] *V. Poll.* l. 4. ſegm. 96. Πυῤῥίχη, [illegible] ἐνόπλιος ὄρχησις de quâ conſule *Meurſ.* Miſcel. Lac. l. 2. c. 12. & *Cor. de* [illegible] [illegible] Milit. Ab armatis, non ſine tubis ac tympanis, peragebatur, cum omni corporum flexu, ad inferendos & declinandos ictus. Lege omnino quæ de eâ ſcripta ſunt *Platoni* de Leg. l. 7. haud procul à fine. *Adde Dionyſ. Hal.* A. R. l. 7. c. 72. Alii aliam ejus auctorem ſtatuerunt: Pyrrhum nonnulli Achillis filium, Pyrrhichum alii quendam Laconem, eum inveniſſe putant.

[2] Ἐνταῦθα κρότος ἦν πολύς &c.] *Demetr. Phaler.* περὶ ἑρμην. p. 82. edit. Oxon. Χρῆται δὲ [illegible] καὶ Ξενοφῶν, καὶ αὐτὸς δεινότητος [illegible] ἐκ χαρίτων· οἷον ἐπὶ τῆς ἐνόπλου ὀρχηστρίδος· Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ Παφλαγόνος εἰ καὶ αἱ γυναῖκες αὐτοῖς συνεπολέμουν, ἔφη, Αὗται γὰρ καὶ ἐτρέψαντο τὸν βασιλέα. Διπλῆ γὰρ ἐμφαίνεται ἡ δεινότης ἐκ τῆς χάριτος· ἡ μὲν, ὅτι οὐ γυναῖκας αὐτοῖς [illegible], ἀλλ' Ἀμαζόνας· ἡ δὲ, κατὰ βασιλέως, εἰ οὕτως ἦν ἀσθενὴς, ὡς ὑπὸ γυναικῶν φεύγειν. Vides quàm parum accuratè *Demetrius*, qui dicitur, Noſtri verba citat. Senſum utique auctorum, quos citabant, unicè ſpectabant veteres, de vocibus ipſis earúmque ordine minùs ſoliciti.

[3] Τρεψάμεναι] Vide ſis p. 385. n. 3.

[4] Αὐτοὺς] *Scil.* Paphlagonum legatos.

καὶ νύκτα πνεύματι καλῷ, ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες τὴν Παφλαγονίαν. Τῇ δ' ἄλλῃ ἀφικνοῦνται εἰς Σινώπην, καὶ ὡρμίσαντο [1] εἰς Αρμήνην τῆς Σινώπης. Σινωπεῖς δὲ οἰκοῦσι μὲν ἐν τῇ Παφλαγονικῇ, Μιλησίων δ' ἄποικοι εἰσίν. [2] Οὗτοι ξένια πέμπουσι τοῖς Ελλησιν, ἀλφίτων μὲν [3] μεδίμνους τρισχιλίους, οἴνου δὲ κεράμια χίλια καὶ πεντακόσια. [4] Καὶ Χειρίσοφος ἐνταῦθα ἦλθε τριήρεις ἔχων. Καὶ οἱ μὲν στρατιῶται προσεδόκων ἄγοντά τι σφίσιν ἥκειν· ὁ δὲ ἦγε μὲν οὐδὲν, ἀπηγγέλλετο δὲ ὅτι ἐπαινοίη αὐτοὺς καὶ Αναξίβιος ὁ ναύαρχος καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ ὅτι ὑπισχνεῖτο Αναξίβιος, εἰ ἀφικνοῖντο ἔξω τοῦ Πόντου, μισθοφορὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι.

Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Αρμήνῃ ἔμειναν οἱ στρατιῶται ἡμέρας πέντε. Ως δὲ τῆς Ελλάδος ἐδόκουν ἐγγὺς γίγνεσθαι, ἤδη

ac noctem vento ſecundo navigabant, cùm Paphlagoniam ad ſiniſtram haberent. Altero *die* Sinopen perveniunt, & *naves* ad Harmenen Sinopes appulerunt. Sinopenſes agro Paphlagonum habitant, & Mileſiorum ſunt coloni. Mittunt hi Græcis hoſpitalia munera, farinæ medimnos ter mille, vini amphoras mille, quingentas. Atque huc Cheriſophus cum triremibus venit. Et milites quidem *id futurum* ſperabant, ut, cùm veniret, ipſis aliquid adferret: at nihil adferebat ille, ſed *duntaxat* renuntiabat eos tum Anaxibium navarchum tum cæteros collaudare, *eundémque* Anaxibium pollicitum eſſe, ſi è Ponto excederent, ſtipendium ipſis fore *numeratum*.

Ac apud Harmenen *quidem* illam dies quinque commorati ſunt milites. Cúmque propiùs ſibi à Græciâ viderentur abeſſe, jam

---

[1] *Εἰς Ἁρμήνην*] Scribitur aliàs ſæpè nomen *Ἁρμένη*, & cum ſpiritu leni, *Stephano*. [illegible] *Ἀρμήνη, κώμη Παφλαγονίας* — [illegible] ἐν *Ἀναβάσεως*, *Ἁρμήνην* [illegible] ubi reponendum, opinor, ἐν *Ἀναβάσεως* [illegible] vel ς'. cùm alibi ferè ſoleat *Steph.* librum cujuſque operis citare. Sed de Harmene plura in *Diſſ.* [illegible]

[2] *Οὗτοι ξένια πέμπουσι*] Inſpice pag. 349. n. 3.

[3] *Μεδίμνους — τρισχιλίους*] Conſule Indic. ejuſmodi vocibus exponendis deſtinatum.

[4] *Καὶ Χειρίσοφος ἐνταῦθα* &c.] Reſpice p. 354 & ſeq.

μᾶλλον ἢ πρόσθεν [1] εἰσῄει αὐτοὺς, ὅπως ἂν καὶ ἔχοντές τι οἴκαδε ἀφίκοιντο. Ἡγήσαντο οὖν, εἰ ἕνα ἕλοιντο ἄρχοντα, μᾶλλον ἂν, ἢ [2] πολυαρχίας οὔσης, δύνασθαι τὸν ἕνα [3] χρῆσθαι τῷ στρατεύματι καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας· καὶ εἴ τι δέοι λανθάνειν, μᾶλλον ἂν καὶ κρύπτεσθαι· καὶ εἴ τι αὖ δέοι φθάνειν, ἧττον ἂν [4] ὑστερίζειν· οὐ γὰρ ἂν λόγων δεῖν πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ τὸ δόξαν τῷ ἑνὶ περαίνεσθαι ἄν· τὸν δὲ πρόσθεν χρόνον [5] ἐκ τῆς νικώσης ἔπραττον πάντα οἱ στρατηγοί. Ὡς δὲ ταῦτα διενοοῦντο, ἐτρέποντο ἐπὶ τὸν Ξενοφῶντα· καὶ οἱ λοχαγοὶ ἔλεγον, προσιόντες αὐτῷ, ὅτι ἡ στρατιὰ οὕτω γινώσκει· καὶ εὔνοιαν ἐνδεικνύμενος ἕκαστός τις ἔπειθεν αὐτὸν ὑποστῆναι τὴν ἀρχήν. Ὁ δὲ Ξενοφῶν [6] τῇ μὲν ἐβούλετο ταῦτα,

magis quàm anteà ſubiït animos eorum *cogitatio*, quonam modo fieri poſſet ut domum *lucelli* aliquid nacti pervenirent. Exiſtimabant ergo, ſi unum *ſibi* in principem eligerent, magìs, quàm ſub multorum principatu, poſſe illum unum exercitûs uti operâ tam noctu quàm die; & ſi quid latere oporteret, magìs etiam occultare poſſe; ac ſi quid porrò antevertendum eſſet, minùs occaſioni defuturum: nec enim colloquiis inter ſe opus fore, ſed quod uni decretum eſſet *id* perfici; ſuperiore verò tempore duces omnia ex ſententiâ quæ vicerat gerebant. Cùm hæc cogitarent, ad Xenophontem ſe convertebant; & cohortium præfecti, eum cùm adiiſſent, exercitum ſic ſtatuere aiebant; ac benevolentiam unuſquiſque ſuam *erga eum* declarans, eum, ut principatum ſuſciperet, ſuadebat. Et Xenophon idcirco quidem hæc volebat,

---

[1] *Εἰσῄει αὐτοὺς, &c.*] Intellige φροντὶς, ἔννοια, vel aliam vocem iſtis [illegible]. Plenius *Ælian.* H. V. l. 12. c. 1. *Ἐς δὲ νοῦν εἰσῄει* [illegible] [illegible] *&c.*

[2] Πολυαρχίας &c.] *Homero* Il. β'. v. 204. eſt πολυκοιρανίη. In lexicis autem ſtat [illegible].

[3] Χρῆσθαι τῷ στρατεύματι] Plenius Noſter Κ. Π. p. 2. — [illegible] *&c.* ubi tamen vide notata in *Addend.*

[4] Ὑστερίζειν] Schol. in *Thucyd.* l. 6. c. 69. Ὑστερίζω μὲν ἔργῳ, ὕστερον ἤρχοντο. Ad verbum ſonat *tardiùs, quàm par fuerit, aliquid pervenire*; vel, — *aliquid perficere.*

[5] Ἐκ τῆς νικώσης] *Scil.* γνώμης. Eadem vox paſſim ellipſin patitur. *Thucyd.* lib. 2. c. 43. Κοινῇ γὰρ &c. *Scholiaſt.* γνώμῃ [illegible]. Poteſt etiam exaudiri ψήφου, de cujus ellipſi vide p. 64. n. 1. Lege omnino *Grot.* de B. & P. l. 6. c. 5. ſect. 17.

[6] Τῇ μὲν] Valet hic ταύτῃ μὲν *Moſchopul.* & *Phavor.* τῇ, ἀντὶ ταύτῃ: i. e. *ideò*, vel [illegible].

νομίζων καὶ τὴν τιμὴν μείζω οὕτως ἑαυτῷ γίνεσθαι [1] καὶ πρὸς τοὺς φίλους, καὶ εἰς τὴν [2] πόλιν τοὔνομα μεῖζον ἀφίξεσθαι αὐτοῦ· τυχὸν δὲ καὶ ἀγαθοῦ τινος ἂν αἴτιος τῇ στρατιᾷ γενέσθαι.

Τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα ἐνθυμήματα ἐπῆρεν αὐτὸν ἐπιθυμεῖν αὐτοκράτορα γενέσθαι ἄρχοντα. Ὁπότε δ' αὖ ἐνθυμοῖτο ὅτι ἄδηλον μὲν παντὶ ἀνθρώπῳ ὅπῃ τὸ μέλλον ἕξει, διὰ τοῦτο δὲ κίνδυνος εἴη μὴ καὶ τὴν προειργασμένην δόξαν ἀποβάλλοι, ἠπορεῖτο. Ἀπορουμένῳ δὲ αὐτῷ διακρῖναι, ἔδοξε κράτιστον εἶναι τοῖς θεοῖς ἀνακοινῶσαι· καὶ παραστησάμενος δύο ἱερεῖς, ἐθύετο τῷ [3] Διῒ τῷ Βασιλεῖ, ὅσπερ αὐτῷ [4] μαντευτὸς ἦν ἐκ Δελφῶν· [5] καὶ τὸ ὄναρ δὴ ἀπὸ τούτου τοῦ θεοῦ ἐνόμιζεν ἑωρακέναι,

quòd exiſtimaret cùm apud amicos majorem ità honorem ſibi habitum, tum nomen ipſius ſuam ad civitatem amplius perventurum; forſan etiam futurum ut emolumenti aliquid *ipſe* exercitui adferret.

Hujuſmodi ſanè cogitationes eum ad munus imperatoris, qui ſuo unus arbitrio res adminiſtraret, expetendum incitabant. Contrà verò cùm ſecum perpenderet nulli non homini obſcuros eſſe futuros eventus, ideóque periculum eſſe nè gloriam priùs partam amitteret, hæſitabat. Cùm *ità* quidnam eligendum eſſet dubitaret, viſus eſt ſibi rectiſſimè facturus, ſi deos conſuleret: itaque duobus ſacerdotibus adhibitis, Jovi regi rem ſacram faciebat, qui *oraculo* Delphis *edito* ipſi fuerat præſignificatus; & ab eodem ſanè deo ſomnium illud *profectum* vidiſſe ſe exiſtimabat,

---

[1] *Καὶ*] Deeſt in MSto Eton.

[2] *Πόλιν τοὔνομα &c.*] Vide p. 172. n. 2. & p. 178. n. 2.

[3] *Διῒ τῷ Βασιλεῖ,*] Jovis hujuſce meminit *J. Poll.* l. 8. ſegm. 122. & templi eidem dicati *Pauſan.* l. 9. c. 39. Eundem hoc titulo (quod monuit Cel. *Gronovius*) apud *Athenienſes* coli ſolitum indicant *Harpocrat. Heſych.* & *Phavor.* ad *Βασίλειος στοά.* Cæterùm, *Διὸς* [illegible] *Ξενίου* vidimus ſuprà pag. 349. Illi verò Xenophontem, utpote Athenienſem, vota ſua commendare Delphorum juſſit oraculum.

[4] *Μαντευτὸς*] Vocem hanc non agnoſcit *Conſtant.* ad eandem *Stephanus* citat *Syneſium*, præterea neminem. Confer p. 186.

[5] *Καὶ τὸ ὄναρ δὴ &c.*] Lege p. 187 & ſeq.

ὃ εἶδεν ὅτε [1] ἤρχετο ἐπὶ τὸ συνεπιμελεῖσθαι τῆς στρατιᾶς καθίστασθαι. Καὶ ὅτε ἐξ Ἐφέσου δὲ ὡρμᾶτο [2] Κύρῳ συσταθησόμενος, [3] αἰετὸν ἀνεμεμνήσκετο ἑαυτῷ δεξιὸν φθεγγόμενον, καθήμενον μέντοι, [4] ὅνπερ ὁ μάντις προπέμπων αὐτὸν ἔλεγεν, ὅτι μέγας μὲν οἰωνὸς εἴη καὶ [5] οὐκ ἰδιωτικὸς, καὶ εὔδοξος, ἐπίπονος μέντοι· τὰ γὰρ ὄρνεα μάλιστα ἐπιτίθεσθαι τῷ αἰετῷ καθημένῳ· οὐδὲν μέντοι χρηματιστικὸν εἶναι τὸν οἰωνόν· [6] τὸν γὰρ αἰετὸν περιπετόμενον μᾶλλον λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια. [7] Οὕτω δὲ θυομένῳ αὐτῷ δια-

quod vidit quo tempore ſuerat ad curam exercitûs unà cum aliis gerendam conſtitutus. Et cùm ex Epheſo egreſſus eſſet, ut Cyro commendaretur, recordabatur aquilam ſibi dextram *oblatam* quæ clangorem edebat, ſedebat tamen, quod vates, eum qui comitabatur, augurium eſſe dixerat magnum, miniméque privatum in hominem cadere; *idém*que eſſe glorioſum, at laborioſum tamen: *cæteras* enim aves ſedentem aquilam maximè adgredi: neque verò lucri quid portendere hoc augurium; potiùs enim circumvolitantem aquilam alimenta rapere *ſolitam*. Ei itaque

---

[1] Ἤρχετο] Adi p. 177. n. 1.

[2] Κύρῳ συσταθησόμενος.] Reſpice p. 187.

[3] Αἰετὸν ἀνεμεμνήσκετο &c.] Et ex oſcinum cantu, & è præpetum volatu veteres auguria captâſſe, notiſſimum eſt. Vide ſis *Cicer.* epiſt. l. 6. epiſt. 6. & *Virgil.* Æneïd. l. 3. v. 361. & *J. F. Gronov.* & *Serv.* ad loca. Adde *A. Gell.* l. 6. c. 6. Aquilam in primis magnarum rerum auſpicia facere putârunt. Noſter K. Π. p. 100. de præpete: ἐπεὶ δ' αὐτοῖς αἰετὸς δεξιὸς φανεὶς προηγεῖτο, προσευξάμενοι &c. & p. 160. αἰετὸς δ' ἐπιφανεὶς αἴσιος &c. ubi vide n. 1. Adde *Theocrit.* Idyll. 17. v. 71. Dextrâ autem quæ à parte erant conſpectæ, Græci fauſtas ducebant. *Homer.* Il. ν'. v. 821 & ſeq.

Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις,
Αἰετὸς ὑψιπέτης· ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς Ἀχαιῶν,
Θάρσυνος οἰωνῷ — Adde Il. ω'. v. 310 & ſeq.

Dextram verò partem fuiſſe eam, quæ ſolem orientem ſpectabat, ex Il μ'. v. 239 & ſeq. liquidò conſtat. Lege omnino *Archæol Gr.* l. 2. c. 15.

[4] Ὅνπερ] Sic ſcribendum cenſui: unde exoritur dictionis Atticæ elegantia, quam ſæpè ſuprà notavimus. Sic p. 86. Καὶ γὰρ ἤδη αὐτοῖς, ὅτι μόνοι &c. ubi vide n. 3. Adde pag. 426. n. 6. & loca ibi citata. Hactenùs legebatur ὅσπερ, quod in ὅνπερ mutatum voluit *Leunclav.*

[5] Οὐκ ἰδιωτικός.] I. e. ad eum unicè pertinere, qui publico fungeretur officio. Vide, ſi libet, p. 220. n. 5.

[6] Τὸν γὰρ αἰετὸν περιπετόμενον &c.] Conſule *Archæol. Gr.* l. 2. c. 15.

[7] Οὕτω δὲ θυομένῳ &c.] Ad illa jam redit, quæ modò his expoſuerat verbis, — ἐθύετο τῷ Διὶ τῷ &c.

φανῶς ὁ θεὸς σημαίνει μήτε προσδεῖσθαι τῆς ἀρχῆς, μήτ᾽, εἰ [1] αἱροῖντο, ἀποδέχεσθαι. Τοῦτο μὲν δὴ οὕτως ἐγένετο. Η δὲ στρατιὰ συνῆλθε, καὶ πάντες [2] ἔλεγον ἕνα αἱρεῖσθαι· καὶ ἐπεὶ τοῦτο ἔδοξε, [3] προεβάλλοντο αὐτόν. Επειδὴ δὲ ἐδόκει δῆλον εἶναι ὅτι αἱρήσονται αὐτὸν, εἴ τις [4] ἐπιψηφίζοι, ἀνέστη, καὶ ἔλεξε τάδε·

"Εγὼ, ὦ ἄνδρες, ἥδομαι μὲν ὑπὸ ὑμῶν τιμώμενος, εἴπερ "ἄνθρωπός εἰμι, καὶ χάριν ἔχω, καὶ εὔχομαι δοῦναί μοι τοὺς θεοὺς "αἴτιον τινὸς [5] ὑμῖν ἀγαθοῦ γενέσθαι· τὸ μέντοι ἐμὲ προκριθῆναι ὑφ᾽ ὑμῶν ἄρχοντα, [6] Λακεδαιμονίου ἀνδρὸς παρόντος, οὔθ᾽ ὑμῖν, οὔτ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ συμφέρειν εἶναι, ἀλλ᾽ ἧττον "ἂν διὰ τοῦτο [7] τυγχάνειν, εἴ τι δέοισθε, παρ᾽ αὐτῶν· ἐμοὶ δ᾽ αὖ

ſacrificanti apertè ſignificavit deus, magiſtratum *hunc* neque expetere *eum oportere*, neque, ſi *eum* legerent, ſuſcipere. Et hoc quidem ſic accidit. Cæterùm convenit exercitus, omnéſque *adeò* unum eſſe deligendum aiebant: atque hoc ubi decretum fuiſſet, ipſum *Xenophontem eligendum* proponebant. Cùm autem palàm adpareret futurum ut ipſum deligerent, ſi quis ſuffragia *illorum* exquireret, ſurrexit, & in hanc ſententiam loquutus eſt:

"Equidem, viri, lætitiam ex honore, quo à vobis adfectus "ſum, percipio, ſiquidem homo ſum, & gratias *vobis* habeo, "deóſque precor eam mihi facultatem dent, ut vobis boni ali"cujus auctor exiſtam: verùm me ante alios imperatorem à vo"bis deſignari, cùm Lacedæmonius *nobis* adſit, neque ex re ve"ſtrâ, neque ex meâ eſſe videtur, ſed minùs vos propterea ab "eis *aliquid* impetraturos, ſi quid *eos* rogetis; mihi verò non ad-

---

[1] Αἱροῖντο.] Confer p. 441. n. 1.

[2] Ἔλεγον ἕνα αἱρεῖσθαι.] Vide p. 431. n. 4.

[3] Προεβάλλοντο] Eam verbi hujus ſignificationem, quam verſio exhibet, exemplis adlatis confirmat *Budæus* Comm. L. G. pag. 453 & ſeq.

[4] Ἐπιψηφίζοι.] Conſule p. 417. n. 7.

[5] Ὑμῖν] Ità legendum rectè conjecit *Muretus*. Vulgò ſcribitur ὑμῶν.

[6] Λακεδαιμονίου ἀνδρὸς &c] Vide p 222. n. 7.

[7] Τυγχάνειν, εἴ τι δέοισθε, παρ᾽ &c.] Diſtinctio ponenda videtur poſt δέοισθε, quæ aliis in libris omittitur.

“οὐ [1] πάνυ τι νομίζω τοῦτο ἀσφαλὲς εἶναι. [2] Ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ τῇ
“πατρίδι μου οὐ πρόσθεν ἐπαύσαντο πολεμοῦντες, πρὶν ἐποίησαν
“πᾶσαν τὴν πόλιν ὁμολογεῖν, Λακεδαιμονίους καὶ αὐτῶν ἡγεμόνας
“εἶναι. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ὡμολόγησαν, εὐθὺς ἐπαύσαντο πολεμοῦντες,
“καὶ οὐκέτι πέρα ἐπολιόρκησαν τὴν πόλιν. Εἰ οὖν
“ταῦτα ἐγὼ ὁρῶν δοκοίην, ὅπου δυναίμην, ἐνταῦθ' ἄκυρον
“ποιεῖν τὸ ἐκείνων ἀξίωμα, ἐκεῖνο [3] ἐννοῶ, μὴ λίαν ἂν ταχὺ
“σωφρονισθείην. [4] Ὁ δ' ὑμεῖς ἐννοεῖτε, [5] ὅτι ἧττον ἂν στάσις εἴη
“ἑνὸς ἄρχοντος ἢ πολλῶν, εὖ ἴστε ὅτι ἄλλον μὲν ἑλόμενοι οὐχ
“εὑρήσετέ με στασιάζοντα· νομίζω γὰρ ὅτι ὅστις ἐν πολέμῳ ὢν
“στασιάζει πρὸς ἄρχοντα, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν στασιάζει· ἂν
“δ' ἐμὲ ἕλησθε, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι εἴ τινα εὕροιτε καὶ ὑμῖν
“καὶ ἐμοὶ ἀχθόμενον.”

“modùm hoc fore tutum exiſtimo. Video enim priùs ipſos non
“feciſſe finem gerendi adverſus patriam meam belli, quàm civitatem
“totam confiteri coëgiſſent, Lacedæmonios ipſorum
“etiam duces eſſe. Hoc autem ubi confeſſi ſunt, bello ſtatim finem
“impoſuerunt, nec ampliùs urbem *noſtram* oppugnârunt.
“Si ergo cùm hæc perſpiciam *nihilominus* viderer, ubicunque poſſim,
“illorum ibi auctoritatem irritam facere, id *utique* mecum
“reputo *ſolicitus*, nè celeriter admodùm ad ſanam mentem reducar.
“Quod autem vos cogitatis, minus ſeditionum fore in
“unius quàm multorum imperio, certò ſciatis *velim*, ſi alium
“deligatis, vos me ſeditioſum nequaquam reperturos: arbitror
“enim illum, qui ſe in bello contra imperatorem ſeditioſè gerit,
“adverſus ſuam ipſius ſalutem ſeditioſum eſſe: quòd ſi me delegeritis,
“mirum mihi non erit, ſi quem tam vobis quàm mihi
“offenſum inveniatis.”

---

[1] Πάνυ τι &c.] Conſule K. II. p. 1. & in *Addend.* ſcripta p. 672. ad v. πάνυ.

[2] Ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ &c.] Videndi *Thucyd.* & Noſter in *Hiſt. Gr.* paſſim. Adde p. 222. n. 7.

[3] Ἐννοῶ] Reſpice p. 277. n. 4.

[4] Ὁ δ' ὑμεῖς] Adi p. 401. n. 4.

[5] Ὅτι ἧττον ἂν στάσις εἴη ἑνὸς &c.] Sententiam verſus *Homerici*, qui ſecundæ rhapſodiæ 204 eſt, ſæpè exprimunt auctores. Vide ſis *C. Nep.* in vitâ *Dion.* ſect. 6.

Επεὶ δὲ ταῦτ᾽ εἶπε, πολὺ πλείονες ἐξανίσταντο, λέγοντες ὡς δέοι αὐτὸν ἄρχειν. Αγασίας δὲ ὁ Στυμφάλιος εἶπεν ὅτι γελοῖον εἴη, [1] εἰ οὕτως ἔχοι, ὡς ὀργιοῦνται Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἐὰν σύνδειπνοι συνελθόντες μὴ Λακεδαιμόνιον συμποσίαρχον αἱρῶνται· [2] ἐπεὶ εἰ οὕτω γε τοῦτ᾽ ἔχοι, ἔφη, οὐδὲ λοχαγεῖν ἡμῖν ἔξεστιν, ὡς ἔοικεν, ὅτι Αρκάδες ἐσμέν. Ενταῦθα δὴ, [3] ὡς εὖ εἰπόντος τοῦ Αγασίου, ἀνεθορύβησαν.

Καὶ ὁ Ξενοφῶν, ἐπειδὴ ἑώρα πλείονος ἐνδέον, παρελθὼν εἶπεν, “Αλλ᾽, ὦ ἄνδρες, [4] ἔφη, ὡς πάνυ εἰδῆτε, “[5] ὀμνύω ὑμῖν θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ἦ μὴν ἐγὼ, ἐπεὶ τὴν ὑμετέραν γνώμην ᾐσθανόμην, [6] ἐθυόμην εἰ βέλτιον εἴη ὑμῖν τε ἐμοὶ ἐπιτρέψαι ταύτην τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐμοὶ

Poſteaquam hæc loquutus eſſet, multo plures exſurgebant, qui *ei* munus imperatorium ſuſcipiendum dicerent. Et Agaſias Stymphalius ridiculum aiebat eſſe, ſi ità res ſe habeat, Lacedæmonios utique fore irritatos, etiam ſi convivæ congreſſi alium quàm Lacedæmonium convivii magiſtrum deligant: nam ſi hoc ità ſe habeat, inquit, nè nobis quidem eſſe cohortium præfectis licebit, utì videtur, quippe qui ſimus Arcades. Tum verò, quaſi rectè loquutus eſſet Agaſias, admurmurârunt.

Et Xenophon, cùm videret pluribus opus eſſe, progreſſus *in medium* ait, “At verò, milites, ut planè rem intelligatis, vobis “per deos & deas omnes juro, me certè, poſteaquam voluntatem “veſtram perſpexiſſem, mactatis hoſtiis *per exta* quæſiſſe, vobiſ“ne ſatius eſſet imperium hoc mihi committere, ac mihi *illud*

---

[1] Εἰ οὕτως ἔχοι, ὡς ὀργιοῦνται &c.] Sic editio *Steph.* MS. Eton. dat — ἔχοι, ὀργιοῦνται &c. Reponendum cenſuit *Leuncl.* — ἔχοι, ὡς οὐκ ὀργιοῦνται &c. unde ſenſum hunc elicit, *Si ſoli Lacedæmonii habere imperium debent, ridiculum fit, non tunc etiam ipſos iraſci, cùm [illegible], ut unà prandeant, convenientibus, magiſterium convivii Lacedæmonio non defertur.*

[2] Ἐπεὶ εἰ οὕτω γε &c.] De voce primâ vide p. 196. n. 4. Cæterum, loci ſcripturam MS. Eton. integram ſervavit: cùm libri editi perperam repræſentent, ἐπεὶ οὕτω γε τοῦτ᾽ ἔχοι, &c.

[3] Ὡς εὖ εἰπόντος &c.] Vide p. 354. n. 5.

[4] Ἔφη.] Adi p. 165. n. 5.

[5] Ὀμνύω — ἦ μὴν] Reſpice p. 144. n. 3.

[6] Ἐθυόμην, εἰ &c.] Lege p. 414. n. 3.

„ὑποστῆναι· καὶ ἐμοὶ οἱ θεοὶ οὕτως ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐσήμηναν, ὡς „καὶ ἰδιώτην ἂν γνῶναι, ὅτι ταύτης τῆς μοναρχίας ἀπέχεσθαί με „δεῖ." Οὕτω δὴ Χειρίσοφον αἱροῦνται. Χειρίσοφος δ᾽ ἐπεὶ ᾑρέθη, παρελθὼν εἶπεν, „Ἀλλ᾽, ἔφη, ὦ ἄνδρες, τοῦτο μὲν ἴστε „ὅτι οὐκ ἂν ἔγωγε ἐστασίαζον, εἰ ἄλλον εἵλεσθε. Ξενοφῶντα „μὲν, ἔφη, ὠνήσατε οὐχὶ ἑλόμενοι· ὡς καὶ νῦν Δέξιππος „ἤδη διέβαλεν αὐτὸν πρὸς Αναξίβιον ὅ, τι ἐδύνατο, [1] καὶ „μάλιστα ἐμοῦ αὐτὸν σιγάζοντος. Ὁ δ᾽ ἔφη νομίζειν αὐτὸν Τι„μασίωνι μᾶλλον συνάρχειν ἐθελῆσαι Δαρδανεῖ ὄντι τοῦ Κλεάρ„χου στρατεύματος, ἢ ἑαυτῷ, Λάκωνι ὄντι. Επεὶ μέντοι ἐμὲ „εἵλεσθε, ἔφη, καὶ ἐγὼ πειράσομαι ὅ, τι ἂν δύνωμαι ὑμᾶς ἀγα„θὸν ποιεῖν. [2] Καὶ ὑμεῖς οὕτω παρασκευάζεσθε, ὡς αὔριον, ἐὰν „πλοῦς ᾖ, [3] ἀναξόμενοι· ὁ δὲ πλοῦς ἔσται εἰς Ηράκλειαν· ἅπαν-

"*ipſum* ſuſcipere: deóſque *adeò* ſic mihi in extis *rem omnem* ſig"nificâſſe, ut vel *extiſpicii* rudis intelligeret, ab hoc ſingulari "imperio mihi abſtinendum eſſe." Ità demum Cheriſophum deligunt. Et Cheriſophus poſteaquam delectus eſſet, *in medium* progreſſus ait, "At ſcitis hoc certè, milites, nullam me ſeditio"nem excitaturum fuiſſe, ſi alium delegiſſetis. Cum Xeno"phonte quidem à vobis benè actum eſt, quòd eum non legiſtis: "quippe eum modò Dexippus apud Anaxibium, quantum potuit, "criminatus eſt, cùm ipſe maximè eum obticere juberem. Aie"bat autem exiſtimare ſe malle eum in munere imperatorio col"legam habere Timaſionem Dardanium de Clearchi exercitu, "quàm ſe *natione* Laconem. Cùm verò me delegeritis, ait, co"nabor & ipſe quantum in me erit vobis commodare. Et vos "*quidem* ſic voſmet comparate, ut cras, ſi *commodè* navigare li"ceat, ſolvamus: Heracleam autem navigandum erit; omni-

---

[1] Καὶ μάλιστα ἐμοῦ &c.] MS. Eton. καὶ μάλα ἐμοῦ αὐτὸν διαβάζοντος. Sed vulgatam lectionem ſtabilit *Heſychius*: Σιγάζοντος, σιωπᾶν οὐκ [illegible] ἐπὶ τῶν στρατιωτῶν λοιδορούντων. Scribe λοιδοροῦντος.

[2] Καὶ] Conſule p. 267. n. 4.

[3] Ἀναξόμενοι.] Confer p. 425. n. 2.

“ὡς οὖν δεῖ ἐκεῖσε πειρᾶσθαι ἥκειν· τὰ δ' ἄλλα, ἐπειδὰν ἐκεῖσε
“ἔλθωμεν, βουλευσόμεθα.”

Ἐντεῦθεν τῇ ὑστεραίᾳ ἀναγόμενοι πνεύματι καλῷ ἔπλεον ἡμέρας δύο παρὰ γῆν. Καὶ παραπλέοντες [1] ἐθεώρουν τήν τ' Ἰασονίαν ἀκτὴν, ἔνθα ἡ Ἀργὼ λέγεται ὁρμίσασθαι, καὶ τῶν ποταμῶν τὰ στόματα· πρῶτον μὲν τοῦ Θερμώδοντος, ἔπειτα δὲ τοῦ Ἅλυος, μετὰ δὲ τοῦτον τοῦ Παρθενίου· τοῦτον δὲ παραπλεύσαντες, [2] ἀφίκοντο εἰς Ἡράκλειαν, πόλιν Ἑλληνίδα, Μεγαρέων ἄποικον, οὖσαν δ' [3] ἐν τῇ Μαριανδυνῶν χώρᾳ. Καὶ ὡρμίσαντο παρὰ τῇ Ἀχερουσιάδι Χερρονήσῳ· ἔνθα λέγεται Ἡρακλῆς ἐπὶ τὸν Κέρβερον κύνα καταβῆναι· [4] οὗ νῦν τὰ σημεῖα δεικνύουσι τῆς καταβάσεως, τὸ βάθος πλέον ἢ ἐπὶ δύο στάδια. Ἐνταῦθα τοῖς Ἕλλησιν οἱ

“búſque adeò danda eſt opera ut eò perveniant: de cæteris,
“cùm eò pervenerimus, conſultabimus.”

Indè poſtero die cùm vento ſecundo ſolviſſent, biduum propter oram navigabant. Ac dum propter *eam* navigabant, litus Jaſonium adſpectabant, ad quod Argo fertur adpuliſſe, *item*que fluminum oſtia; primùm Thermodontis, deinde Halyos, deinde Parthenii: hunc autem prætervecti, Heracleam perveniunt, urbem Græcam, Megarenſium coloniam, in Maryandenorum agro ſitam. Et portum propter Acheruſiadem Cherſoneſum capiebant; ubi dicitur Hercules ad Cerberum canem deſcendiſſe; quo nunc etiam loco monſtrant *incolæ* deſcenſûs monumenta, voraginem plus quàm duo ſtadia altam. Mittunt huc Græcis Hera-

---

[1] Ἐθεώρουν τὴν τ' Ἰασονίαν &c.] Conf. *Strab.* l. 11. p. 798. *Apollon. Rhod.* Argon. l. 2. extr. & *Orph.* Argon. v. 780 & ſeq.

[2] Ἀφίκοντο εἰς Ἡράκλειαν, &c.] *Diodor. Sic.* l. 14. p. 261. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι Σινωπεῖς φιλοφρόνως αὐτοὺς ξενίσαντες, ἀπέστειλαν αὐτοὺς κατὰ θάλατταν εἰς Ἡράκλειαν Μεγαρέων ἄποικον· καὶ καθωρμίσθη πᾶς ὁ στόλος τὴν Ἀχερουσίαν χερρόνησον, ὅπου φασὶν Ἡρακλέα τὸν ἐξ ᾅδου Κέρβερον ἀναγαγεῖν. Vide celeb. *Montfauc.* Antiq. T. 1. part. 2. p. 216.

[3] Ἐν τῇ Μαριανδυνῶν &c.] Nomen hoc aliter ſcriptum videre eſt K. II. p. 5. *Dionyſ. Perieg.* v. 787.

Παφλαγόνες δ' ἐπὶ τοῖσιν ἐπ' ἠπείροιο νέμονται,
Καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον· ἔνθ' ἐνέπουσιν
Οὐδαίου Κρονίδαο μέγαν κύνα, χαλκεόφωνον,
Χερσὶν ἀνελκόμενον μεγαλόφρονος Ἡρακλῆος,
Δεινὸν &c. Adde *Mel.* l. 1. c. 19.

[4] Οὗ] MS. Eton. ᾗ. Cæterùm, de verbo δείκνυσι vide p. 441. n. 1.

Ηρακλεῶται ξένια πέμπουσιν, ἀλφίτων μεδίμνους τρισχιλίους, καὶ οἴνου κεράμια δισχίλια, καὶ βοῦς εἴκοσι, καὶ ὄϊς ἑκατόν. Ενταῦθα διὰ τοῦ πεδίου ῥεῖ ποταμὸς, Λύκος ὄνομα, εὖρος ὡς δύο πλέθρων.

Οἱ δὲ στρατιῶται συλλεγέντες [1] ἐβουλεύοντο τῆς λοιπῆς πορείας πότερον κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν χρὴ [2] πορεύεσθαι ἐκ τοῦ Πόντου. Αναστὰς δὲ Λύκων Αχαιὸς, εἶπε, [3] "Θαυμάζω μὲν, ὦ ἄνδρες, τῶν στρατηγῶν, ὅτι οὐ πειρῶνται ἡμῖν ἐκπορίζειν [4] σιτηρέσιον· τὰ μὲν γὰρ ξένια οὐ μὴ γένηται τῇ στρατιᾷ τριῶν ἡμερῶν σῖτα· ὁπόθεν δ' ἐπισιτισάμενοι πορευσόμεθα οὐκ ἔστιν, ἔφη. Εμοὶ οὖν [5] δοκεῖ αἰτεῖν τοὺς Ηρακλεώτας μὴ ἔλαττον ἢ τρισχιλίους

cleotæ hoſpitalia munera, farinæ ter mille medimnos, vini bis mille amphoras, viginti boves, oves centum. Labitur ibi per campum amnis, *cui* nomen Lycus, latitudine duûm ferè plethrorum.

At milites *unam in locum* congregati deliberabant utrùm terrâ *potiùs* an mari reliquum iter è Ponto conficiendum eſſet. Cùm autem Lycon Achæus ſurrexiſſet, *in hanc ſententiam* loquutus eſt, "Miror equidem, viri, duces operam non dare ut ſtipendium ad victum parandum nobis ſuppeditent: nam dona *quæ accepimus* hoſpitalia in trium dierum victum exercitui nequaquam ſuppetent; nec *locus* eſt *ullus*, inquit, unde frumentum, *ejus utique ſi cauſâ* proficiſcemur *aliquò*, referamus. Quapropter arbitror ab Heracleotis petendos nobis eſſe non minùs ter mille Cyzi-

---

[1] Ἐβουλεύοντο τῆς λοιπῆς &c.] Vulgò ponitur diſtinctio poſt πορείας, quaſi vox hæc ſimiliter cum ἐβουλεύοντο conſtrueretur, atque ſuprà paulò p. præced. τὰ ἄλλα cum βουλεύσασθαι. Malim ipſe τῆς πορείας cum πορεύεσθαι conjungere: nec alia, opinor, *Stephani* fuit ſententia; quippe qui locum ità diſtinxit, Οἱ δὲ στρατιῶται συλλεγέντες ἐβουλεύοντο, τῆς λοιπῆς πορείας πότερον κατὰ γῆν ἢ κατὰ &c. Vide ſis p. 354. n. 2.

[2] Πορεύεσθαι] Vide p. 372. n. 1.

[3] Θαυμάζω — τῶν στρατηγῶν] Similiter *Iſocrat.* Panegyr. ineunte, Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, *&c.* Quibus cum genitivis intelligas forſan oportet ἕνεκα vel χάριν.

[4] Σιτηρέσιον] Eſt, *Heſychio* exponente, ἐφόδιον. *Harpocrat.* eſt, τὸ διδόμενόν τισιν εἰς τροφήν. Hanc interpretationem in lexica ſua tranſtulêre *Suidas* & *Phavorinus*.

[5] Δοκεῖ αἰτεῖν] Vide p. 454. n. 2.

“ [1] Κυζικηνούς.” Ἄλλος δ᾽ εἶπε, μηνὸς μισθὸν μὴ ἔλαττον ἢ μυρίους· καὶ ἑλομένους πρέσβεις αὐτίκα μάλα ἡμῶν καθημένων πέμπειν πρὸς τὴν πόλιν, καὶ εἰδέναι ὅ, τι ἂν ἀπαγγέλλωσι, καὶ πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι. Ἐντεῦθεν [2] προὐβάλλοντο πρέσβεις, πρῶτον μὲν Χειρίσοφον, ὅτι ἄρχων ᾕρητο· εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ Ξενοφῶντα· οἱ δ᾽ ἰσχυρῶς ἀπεμάχοντο· ἀμφοῖν γὰρ [3] ταὐτὰ [4] ἐδόκει μὴ ἀναγκάζειν [5] πόλιν Ἑλληνίδα καὶ φιλίαν, ὅ, τι μὴ αὐτοὶ ἐθέλοντες διδοῖεν. Ἐπεὶ δ᾽ οὗτοι ἐδόκουν ἀπρόθυμοι εἶναι, πέμπουσι Λύκωνα Ἀχαιὸν, καὶ Καλλίμαχον Παῤῥάσιον, καὶ Ἀγασίαν Στυμφάλιον. Οὗτοι ἐλθόντες ἔλεγον τὰ δεδογμένα, τὸν δὲ Λύκωνα [6] ἔφασαν καὶ ἐπαπειλεῖν, εἰ μὴ [7] ποιήσαιεν

“cenos.” Alius autem aiebat menſtruum ſtipendium, non minùs decies millia *Cyzicenorum, petendum:* legatos etiam deligendos nobíſque *hic* ſedentibus quamprimùm ad civitatem mittendos, ut quid *nobis* renuntient intelligamus, & ad hoc conſilia *noſtra* adcommodemus. Ibi tum legatos deſignârunt, primum *omnium* Cheriſophum, quòd *is* imperator lectus eſſet; fuêre qui Xenophontem etiam *deſignarent:* illi verò vehementer repugnabant; quippe quia ſtatuebat eadem uterque, Græcam *nimirum* civitatem & amicam non cogendam eſſe *ut quidquam det,* niſi quod ipſi *cives libenter* donare vellent. Cùm itaque viderentur hi minimè alacres ad rem ſuſcipiendam animos habere, Lyconem Achæum, & Callimachum Parrhaſium, & Agaſiam Stymphalium mittunt. Hi *Heracleam* profecti quæ fuerant *ab exercitu* decreta exponebant: Lyconem aiunt etiam minas addidiſſe, ni hæc faταῦτα πάντα. Ἀκούσαντες δ' οἱ Ἡρακλεῶται, βουλεύσεσθαι ἔφασαν· καὶ εὐθὺς τά τε χρήματα ἐκ τῶν ἀγρῶν συνῆγον, [1] καὶ τὴν ἀγορὰν εἴσω ἀνεσκευάσαν, καὶ αἱ πύλαι ἐκέκλειντο, καὶ ἐπὶ τῶν τειχῶν ὅπλα ἐφαίνετο.

---

[1] Κυζικηνούς.] Adi p. 412. n. 3. Cæterùm, in MSto Eton. omittuntur omnia, quæ cæteri libri inter Ἡρακλεώτας & μὴ ἔλαττον exhibent: & μηνὸς μισθὸν quidem abſque ſenſûs detrimento abeſſe potuerint.

[2] Προὐβάλλοντο] Reſpice p. 454. n. 3.

[3] Ταὐτὰ] Sic potiùs, quàm ταῦτα, ſcribendum rectè cenſuit *Leuncl.* Confer p. 123. n. 2.

[4] Ἐδόκει μὴ ἀναγκάζειν &c.] Lege *Grot.* de B. & P. l. 3. c. 16. ſect. 2.

[5] Πόλιν — ὅ, τι μὴ αὐτοὶ] Confer p. 412. n. 6. Cæterùm, pro ὅ, τι μὴ, uti in *Steph.* & *Leuncl.* editionibus ſcribitur, rectiùs forſan repoſuerit aliquis ὅτι μὴ, i. e. εἰ μὴ, interprete Scholiaſte ad hæc *Thucyd.* l. 4. c. 26. verba, οὐ γὰρ ἦν κρήνη ὅτι μὴ μία —

[6] Ἔφασαν] Adi p. 231. n. 2.

[7] Ποιήσαιεν] MS. Eton. ποιήσειαν.

Ἐκ τούτου οἱ ταράξαντες ταῦτα, τοὺς στρατηγοὺς ᾐτιῶντο διαφθείρειν τὴν [2] πρᾶξιν· καὶ συνίσταντο οἱ Ἀρκάδες καὶ οἱ Ἀχαιοί· προειστήκει δὲ μάλιστα αὐτῶν Καλλίμαχός τε ὁ Παῤῥάσιος καὶ Λύκων ὁ Ἀχαιός. Οἱ δὲ λόγοι ἦσαν αὐτοῖς ὡς αἰσχρὸν εἴη ἄρχειν ἕνα Ἀθηναῖον Πελοποννησίων καὶ Λακεδαιμονίων, μηδεμίαν δύναμιν παρεχόμενον εἰς τὴν στρατιάν· καὶ τοὺς μὲν πόνους σφᾶς ἔχειν, τὰ δὲ κέρδη ἄλλους· [3] καὶ ταῦτα, τὴν σωτηρίαν σφῶν κατειργασμένων· εἶναι γὰρ τοὺς κατειργασμένους, Ἀρκάδας καὶ Ἀχαιούς· τὸ δ' ἄλλο στράτευμα οὐδὲν εἶναι· (καὶ ἦν δὲ τῇ ἀληθείᾳ ὑπερήμισυ τοῦ ἄλλου στρατεύματος Ἀρκάδες καὶ Ἀχαιοὶ) εἰ οὖν

cerent omnia. Heracleotæ auditâ eorum oratione, ſe *eâ de re* deliberaturos aiebant; ac mox tum res *ſuas* ex agris comportârunt, tum annonam intrò abſtulerunt, portæ quoque clauſæ erant, & in muris arma conſpiciebantur.

Ibi tum harum turbarum auctores, duces incuſantes querebantur *eos* negotium corrumpere: atque adeò Arcades & Achæi coibant; cùm Callimachus Parrhaſius & Lycon Achæus eos in primis ſuſceptâ cauſâ incitarent. Iis autem ſermones erant, indignum eſſe Peloponneſiis ac Lacedæmoniis unum Athenienſem imperare, qui nullas exercitui copias ſuppeditâſſet; ipſos porrò labores ferre, alios emolumenta; tametſi ſalutem ipſi *cæteris* adtuliſſent: *ejus* enim auctores fuiſſe Arcadas & Achæos; *præ quibus* reliquas copias nullo eſſe loco numerandas: (& reverà conſtabat exercitus plus parte dimidiâ ex Arcadibus & Achæis) ſi συμφρονοῖεν οὗτοι, συστάντες, καὶ στρατηγοὺς ἑλόμενοι ἑαυτῶν, καθ' ἑαυτούς τε ἂν τὴν πορείαν ποιοῖντο, καὶ πειρῷντο ἀγαθόν τι λαμβάνειν. Ταῦτα ἔδοξε· καὶ ἀπολιπόντες Χειρίσοφον, εἴ τινες ἦσαν παρ' αὐτῷ Ἀρκάδες ἢ Ἀχαιοὶ, καὶ Ξενοφῶντα, συνέστησαν· καὶ στρατηγοὺς αἱροῦνται ἑαυτῶν δέκα· τούτοις δ' [1] ἐψηφίσαντο [2] ἐκ τῆς νικώσης ὅ,τι δοκοίη, τοῦτο ποιεῖν. Ἡ μὲν οὖν τοῦ παντὸς ἀρχὴ Χειρισόφῳ ἐνταῦθα κατελύθη, ἡμέρᾳ ἕκτῃ ἢ ἑβδόμῃ, ἀφ' ἧς ᾑρέθη.

---

[1] Καὶ τὴν ἀγορὰν] Vide p. 431. n. 1.

[2] Πρᾶξιν] Refer oculos ſis ad p. 30. n. 3.

[3] Καὶ ταῦτα,] Vide p. 151. n. 6.

Ξενοφῶν μέντοι ἐβούλετο κοινῇ μετ' αὐτῶν τὴν πορείαν ποιεῖσθαι, νομίζων οὕτως ἀσφαλεστέραν εἶναι, ἢ ἰδίᾳ ἕκαστον [3] στέλλεσθαι· ἀλλὰ Νέων ἔπειθεν αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν πορεύεσθαι, ἀκούσας τοῦ Χειρισόφου ὅτι Κλέανδρος ὁ ἐν Βυζαντίῳ [4] ἁρμοστὴς φαίη τριήρεις ἔχων ἥξειν εἰς Κάλπης λιμένα· ὅπως οὖν μηδεὶς μετάσχοι, ἀλλ' αὐτοὶ καὶ οἱ αὐτῶν

ergo ſaperent hi, cùm coiſſent, ducéſque ſibi proprios legiſſent, ſeorſum iter facerent, atque operam darent ut aliquod *ipſi* emolumentum caperent. Probata eſt hæc ſententia: atque adeò Cheriſophum, ſi qui cum eo erant Arcades vel Achæi, cùm deſeruiſſent *omnes*, & Xenophontem, coïverunt, & decem ſibi duces deligunt: decreverunt etiam ut ex victrice *ſententiâ* quidquid viſum foret, id facerent. Itaque tum Cheriſopho ſummum imperium die, ex quo lectus fuerat, ſexto vel ſeptimo eſt abrogatum.

At volebat Xenophon unà cum ipſis iter facere, quòd exiſtimaret ità tutiùs *iter* fore *inſtitutum*, quàm ſi ſeorſum quiſque pergeret: verùm Neon ei perſuaſit ut iter per ſe inſtitueret, quòd is de Cheriſopho audiviſſet Cleandrum Byzantii præfectum dixiſſe cum triremibus ſe in Calpes portum venturum: quapropter ut nè quis *triremium* particeps eſſet, ſed ipſi militéſque ipſoστρατιῶται ἐκπλεύσειαν ἐπὶ τῶν τριήρων, διὰ ταῦτα συνεβούλευε. Καὶ Χειρίσοφος, ἅμα μὲν ἀθυμῶν τοῖς γεγενημένοις, ἅμα δὲ μισῶν [1] ἐκ τούτου τὸ στράτευμα, ἐπιτρέπει [2] αὐτῷ ποιεῖν ὅ,τι βούλεται. Ξενοφῶν δὲ ἔτι μὲν ἐπεχείρησεν ἀπαλλαγεὶς τῆς στρατιᾶς ἐκπλεῦσαι· θυομένῳ δὲ αὐτῷ [3] τῷ Ἡγεμόνι Ἡρακλεῖ, καὶ κοινουμένῳ πότερα [4] λῷον καὶ ἄμεινον εἴη στρατεύεσθαι ἔχοντι τοὺς παραμείναντας τῶν στρατιωτῶν, ἢ ἀπαλλάττεσθαι, ἐσήμηνεν ὁ θεὸς [5] τοῖς ἱεροῖς συστρατεύεσθαι. Οὕτω γίγνεται τὸ στράτευμα τριχῆ· Ἀρκάδες μὲν καὶ Ἀχαιοί, πλείους ἢ τετρακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι, ὁπλῖται πάντες· Χειρισόφῳ δὲ ὁπλῖται μὲν εἰς τετρακοσίους καὶ χιλίους, πελτασταὶ δὲ εἰς ἑπτακοσίους, οἱ Κλεάρχου Θρᾷκες· Ξενοφῶντι δὲ ὁπλῖται μὲν εἰς ἑπτακοσίους καὶ χιλίους, πελτασταὶ δὲ εἰς τριακοσίους· ἱππικὸν δὲ μόνος οὗτος εἶχεν, ἀμφὶ τοὺς τεσσαράκοντα ἱππέας.

---

[1] Ἐψηφίσαντο] Conſule p. 408. n. 2.

[2] Ἐκ τῆς νικώσης] Inſpice p. 451. n. 5.

[3] Στέλλεσθαι] *Phavorinus*, Στέλλομαι ἀντὶ τοῦ λέγεται, τὸ πορεύομαι. Vide ſis p. 30. n. 1.

[4] Ἁρμοστὴς] Vide ſis p. 400. n. 5.

rum triremibus enavigarent, ideò *hoc Xenophonti* dabat conſilii. Et Cheriſophus *quidem*, partim animo commotus propter ea quæ acciderant, partim odio exercitûs quod ex eo *tempore* conceperat, poteſtatem ei quod vellet agendi permittebat. Xenophon quidem *id* adhuc conatus eſt, ut ab exercitu digreſſus enavigaret: ei verò rem Herculi Duci ſacram facienti, *eúm*que conſulenti utrùm melius ſatiúſque foret cum iis militibus, qui remanſerant, expeditionem ſuſcipere, an *ab iis* digredi, ſignificavit per exta deus unà *cum iis* expeditionem eſſe ſuſcipiendam. Ità factum ut exercitus trifariam divideretur; Arcades & Achæi, plures quàm quater mille & quingenti, omnes gravis armaturæ milites: Cheriſopho gravis armaturæ milites mille ferè *erant* & quadringenti, peltaſtæ ferè ſeptingenti, Thraces *utique* qui Clearchum ſequuti fuerant: Xenophonti gravis armaturæ milites mille ferè & ſeptingenti, peltaſtæ ferè trecenti: hic autem ſolus equitatum habebat, equites *ſcilicet* circiter quadraginta.

---

[1] Ἐκ τούτου] Adi p. 360. n. 5.

[2] Αὐτῷ] Scil. Xenophonti.

[3] Τῷ Ἡγεμόνι Ἡρακλεῖ] Lege p. 349. n. 6.

[4] Λῷον καὶ ἄμεινον] Reſpice p. 66. n. 1.

[5] Τοῖς ἱεροῖς] Confer p. 82. n. 2.

Καὶ οἱ μὲν Αρκάδες, διαπραξάμενοι πλοῖα παρὰ τῶν Ηρακλεωτῶν, πρῶτοι πλέουσιν, ὅπως ἐξαίφνης ἐπιπεσόντες τοῖς Βιθυνοῖς, λάβοιεν ὅτι πλεῖστα· καὶ [1] ἀποβαίνουσιν εἰς Κάλπης λιμένα, κατὰ μέσον πως τῆς Θρᾴκης. Χειρίσοφος δ᾽ εὐθὺς ἀπὸ τῆς πόλεως τῶν Ηρακλεωτῶν ἀρξάμενος, πεζῇ ἐπορεύετο διὰ τῆς χώρας· ἐπεὶ δ᾽ εἰς τὴν Θρᾴκην ἐνέβαλε, παρὰ τὴν θάλατταν [2] ἐπορεύετο· καὶ γὰρ ἤδη ἠσθένει. Ξενοφῶν δὲ πλοῖα λαβὼν, ἀποβαίνει ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς Θρᾴκης καὶ τῆς Ηρακλεώτιδος, καὶ διὰ μεσογαίας ἐπορεύετο.

[3] Ον μὲν οὖν τρόπον ἥ τε Χειρισόφου ἀρχὴ τοῦ παντὸς κατελύθη, καὶ τῶν Ελλήνων τὸ στράτευμα ἐσχίσθη, ἐν τοῖς ἐπάνω εἴρηται. Επραξαν δ᾽ αὐτῶν ἕκαστοι τάδε· Οἱ μὲν Αρκάδες, ὡς ἀπέβησαν νυκτὸς εἰς Κάλπης λιμένα, πορεύονται εἰς τὰς πρώτας

Et Arcades quidem, poſteaquam navigia ab Heracleotis conſequuti eſſent, primi navigârunt, ut ſubitò Bithynos adorti, quamplurima caperent: ac ad Calpes portum, qui mediâ propè in Thraciâ eſt, *è navibus* egrediuntur. Cheriſophus ab *ipſâ* ſtatim Heracleotarum urbe iter ingreſſus, pedibus per regionem proficiſcebatur: & poſteaquam Thraciam fuiſſet ingreſſus, propter mare pergebat; jam enim erat infirmâ valetudine. Xenophon, acceptis navigiis, ad Thraciæ & agri Heraclienſis fines exſcendit, ac per mediterraneum iter faciebat.

In ſupradictis expoſitum quidem eſt quo pacto tum ſummum Cheriſopho imperium abrogatum, tum Græcorum exercitus diviſus fuerit. Eorum autem ſinguli fecerunt hæc: Arcades in portum Calpes cùm noctu deſcendiſſent, ad vicos proximos perκώμας, στάδια ἀπὸ θαλάττης ὡς πεντήκοντα. Ἐπεὶ δὲ φῶς ἐγένετο, ἦγεν ἕκαστος στρατηγὸς [1] τὸ αὑτοῦ λόχος ἐπὶ κώμην· ὁποία δὲ μείζων κώμη ἐδόκει εἶναι, σύνδυο λόχους ἦγον οἱ στρατηγοί. [2] Συνεβάλοντο δὲ καὶ λόφον, εἰς ὃν δέοι πάντας [3] ἁλίζεσθαι· καὶ, ἅτε ἐξαίφνης ἐπιπεσόντες, ἀνδράποδά τε πολλὰ ἔλαβον, καὶ πρόβατα πολλὰ περιεβάλοντο.

---

[1] *Αποβαίνουσιν*] *Scil.* νηῶν vel ἀπὸ τῶν πλοίων. Confer p. 421. n. 7. Eâdem ellipſi mox infrà utitur — ἀποβαίνει ἐπὶ τὰ ὅρια &c.

[2] Επορεύετο· καὶ γὰρ ἤδη ἠσθένει] MS. Eton. ᾔει· καὶ γὰρ ἠσθένει. Sed nil mutatum aut omiſſum vellem.

[3] Ον μὲν οὖν τρόπον &c.] Verba hæc omnia, quæ inter — ἐπορεύετο & — ἔπραξαν &c leguntur, in MSto Eton. deſunt. Hic autem, Ον μὲν οὖν &c principium eſſe ſexti libri ſuſpicatus eſt *Muretus.* Cæterùm, quod his vocibus jam exprimit Noſter, ἥ τε Χειρισόφου ἀρχὴ τοῦ παντὸς κατελύθη, aliâ orationis formâ paulò ſuprà deſcripſit p. 462. Η μὲν οὖν τοῦ παντὸς ἀρχὴ Χειρισόφῳ &c. Confer p. 26. n. 2.

Οἱ δὲ Θρᾷκες ἠθροίζοντο, οἱ διαφεύγοντες· πολλοὶ δὲ διέφυγον πελτασταὶ ὄντες ὁπλίτας ἐξ αὐτῶν τῶν χειρῶν. Ἐπεὶ δὲ συνελέγησαν, πρῶτον μὲν τῷ Σμίκρητος λόχῳ, ἑνὸς τῶν Ἀρκάδων στρατηγῶν, ἀπιόντι ἤδη [4] εἰς τὸ συγκείμενον, καὶ πολλὰ χρήματα ἄγοντι, ἐπετίθεντο. [5] Καὶ τέως μὲν ἐμάχοντο ἅμα πορευόμενοι οἱ Ἕλληνες· ἐπὶ δὲ διαβάσει [6] χαράδρας

gunt, ſtadia circiter quinquaginta à mari. Cúmque illuxiſſet, unuſquiſque dux in vicum *aliquem* ſuam *copiarum* partem duxit: qui verò vicus amplior eſſe videbatur, *in eum* duas ſimul cohortes ducebant duces. Convenit & de tumulo *quodam*, in quem omnes congregari oporteret: &, quia repentè irruerant, tum mancipia multa ceperunt, tum multas oves collegerunt.

At Thraces, qui fugâ elapſi fuerant, ſe *unum in locum* congregabant; multi utique ex ipſis *Græcorum* manibus, propterea quod *hi* gravi armaturâ eſſent onerati, *illi* peltas *tantùm* geſtarent, aufugerant. Poſteaquam autem erant collecti, primùm Smicretis cohortem adoriebantur, qui unus è ducibus Arcadicis erat, ac jam multâ cum prædâ ad locum conſtitutum ſe recipiebat. Ac pugnabant quidem primùm Græci, iter ſimul pergentes; at in

---

[1] Τὸ αὑτοῦ λόχος] Edit. *Steph.* dat τὸν αὑτοῦ λόχον. Cæterùm de λόχος vide ſis p.377. n.3.

[2] Συνεβάλοντο δὲ καὶ λόφον] Quem collem mox infrà vocat τὸ συγκείμενον, *ſcil.* χωρίον.

[3] Ἁλίζεσθαι] MS. Eton. & vet. quædam edit. exhibent ἀθροίζεσθαι· ſed malim retinere ἁλίζεσθαι. Simili ex errore natum eſt συναυλιζόμενος, quod in nonnullis cod. notavit Cl. *Millius*, pro συναλιζόμενος Act. I. 4. Eodem hoc verbo ſimiliter uſus eſt Noſter p. 146. ἐνταῦθα δὲ πάλιν ἁλισθῇ &c. Lexicogr. auctorem ejus non agnoſcunt.

[4] Εἰς τὸ συγκείμενον] Vide p.279. n.3.

[5] Καὶ τέως μὲν] Adi p.385. n.2.

[6] Χαράδρας] Conſule p.362. n.1. & p.273. n.4.

[1] τρέπονται αὐτούς· [2] καὶ αὐτόν τε τὸν Σμίκρητα ἀποκτιννύασι, καὶ τοὺς ἄλλους πάντας· [3] ἄλλου δὲ λοχαγοῦ τῶν δέκα στρατηγῶν, τοῦ Ἡγησάνδρου, ὀκτὼ μόνους κατέλιπον· καὶ αὐτὸς Ἡγήσανδρος ἐσώθη. [4] Καὶ ἄλλοι δὲ λοχαγοὶ συνῆλθον, οἱ μὲν σὺν πράγμασιν, οἱ δ᾽ ἄνευ πραγμάτων. Οἱ δὲ Θρᾷκες, [5] εὐτυχήσαντες τοῦτο τὸ εὐτύχημα, συνεβόων τε ἀλλήλους, καὶ συνελέγοντο ἐρρωμένως τῆς νυκτός. Καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ κύκλῳ περὶ τὸν λόφον, ἔνθα οἱ Ἕλληνες ἐστρατοπεδεύοντο, ἐτάττοντο καὶ ἱππεῖς πολλοὶ καὶ πελτασταί· καὶ ἀεὶ πλείονες συνέρρεον, καὶ προσέβαλλον πρὸς τοὺς ὁπλίτας ἀσφαλῶς. Οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες οὔτε τοξότην εἶχον, οὔτε ἀκοντιστὴν, οὔτε ἱππέα· [6] οἱ δὲ, προσθέοντες καὶ προσελαύνοντες, ἠκόντιζον· ὁπότε

trajectu torrentis cujuſdam alvei *hoſtes* eos in fugam vertunt; atque tum Smicretem ipſum, tum cæteros omnes occidunt: alius etiam ducis, *qui* ex decem illis ducibus unus erat, *nominatim* Hegeſandri, octo tantùm *incolumes* reliquerunt *milites*; ipſe quoque Hegeſander ſalvus evaſit. Et reliqui *tandem* duces convenêre, difficulter alii, alii nullo negotio. Thraces autem, proſpero hoc ſucceſſu uſi, ſe mutuò inclamabant, noctúque magno animo congregabantur. Ac primâ luce ex omni parte circa collem, in quo caſtra Græci habebant, inſtructi conſiſtebant equites multi & peltaſtæ: atque plures *eodem* uſque confluebant, ac tutò gravis armaturæ milites adoriebantur. Nam Græci neque ſagittarium habebant *ullum*, neque jaculatorem, neque equitem: at illi, adcurrentes & *citatis equis* irruentes, jaculabantur: cùm

---

[1] *Τρέπονται αὐτούς*] Scil. *barbari*. Inſpice p. 385. n. 3.

[2] *Καὶ αὐτόν τε τὸν* &c.] Sic edit. *Steph.* & *Leuncl.* At veteres quædam repræſentant καὶ *αὐτὸν μὲν τὸν* &c. MS. Eton. καὶ τὸν μὲν *Σμίκρητα* &c. pronomine omiſſo.

[3] *Ἄλλου δὲ λοχαγοῦ*] Edit. *Steph.* & *Leuncl.* ἄλλου δὲ λόχου, contra fidem MSti Eton. & cæterorum librorum, quos vidi, omnium. Huic tamen lectioni favet *Amaſæi* verſio.

[4] *Καὶ ἄλλοι δὲ λοχαγοὶ*] *Leuncl.* ſcribendum cenſuit *οἱ ἄλλοι δὲ* &c. MS. Eton. dat *οἱ ἄλλοι μὲν* &c.

[5] *Εὐτυχήσαντες τοῦτο τὸ* &c.] Reſpice pag. 396. n. 9.

[6] *Οἱ δὲ,*] Scil. *Thraces*.

δ' αὐτοῖς [1] ἐπίοιεν, ῥᾳδίως ἀπέφευγον. Ἄλλοι δὲ ἄλλῃ ἐπετίθεντο· καὶ τῶν μὲν πολλοὶ ἐτιτρώσκοντο, τῶν δὲ οὐδείς· ὥστε κινηθῆναι οὐκ ἐδύναντο ἐκ τοῦ χωρίου, ἀλλὰ [2] τελευτῶντες καὶ ἀπὸ τοῦ ὕδατος εἶργον αὐτοὺς οἱ Θρᾷκες. Ἐπεὶ δ' ἀπορία πολλὴ ἦν, διελέγοντο περὶ σπονδῶν· καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὡμολόγητο αὐτοῖς, ὁμήρους δ' οὐκ ἐδίδοσαν οἱ Θρᾷκες, αἰτούντων τῶν Ἑλλήνων· ἀλλ' ἐν τούτῳ ἴσχετο. [3] Τὰ μὲν δὴ τῶν Ἀρκάδων οὕτως εἶχε.

Χειρίσοφος δὲ ἀσφαλῶς πορευόμενος παρὰ θάλατταν, ἀφικνεῖται εἰς Κάλπης λιμένα. [4] Ξενοφῶντι δὲ διὰ τῆς μεσογαίας πορευομένῳ οἱ ἱππεῖς προκαταθέοντες ἐντυγχάνουσι [5] πρεσβύ-

verò eos invaderent *Græci*, facilè aufugiebant. Porrò alii aliis ex locis *Græcos* adoriebantur; & ex his quidem multi vulnerabantur, ex illis nemo; adeò ut ex *eo* ſe loco *Græci* movere non poſſent; imò verò Thraces tandem eos etiam ab aquâ arcebant. Cùm in magnâ res eſſet difficultate, de induciis inter ſe colloquebantur: ac de cæteris quidem inter eos conſenſum eſt, at obſides non dedêre Thraces, *quos* Græci poſtulabant; ſed hâc in parte hærebatur. Et Arcadum quidem ità ſe res habebant.

Cheriſophus autem tutò propter mare pergens, ad Calpes portum pervenit. Xenophonte per mediterraneum iter faciente, equites *ipſius ante reliquas copias* procurrentes in legatos aliquò

---

1 Ἐπίοιεν] Scil. *Græci.*

2 Τελευτῶντες] Lege p. 310. n. 4.

3 Τὰ μὲν δὴ τῶν &c.] Conſule p. 25. n. 3.

4 Ξενοφῶντι δὲ &c.] Confer p. 71. n. 1.

5 Πρεσβύταις] *Muretus* legit πρεσβευταῖς: & hanc quidem lectionem expreſſerunt verſionum Gallic. auctores. Quin & receptam vocem damnat *Thom. Magiſter*; cujus hæc ſunt verba, Οἱ πρέσβεις καὶ τοὺς πρέσβεις λέγε, ὁ πρεσβευτὴς δὲ καὶ τὸν πρεσβευτήν. Θουκυδίδης ἐν τῇ πέμπτῃ· πρεσβευτὴς [illegible] ἐξέπλευσεν. Extant hæc *Thucydidis* verba l. 5. c. 4. At nemo non videt, opinor, exemplum adeò non Grammatici ſententiam illam confirmare, ut eam planè oppugnet. Quare forſan pro ὁ πρεσβευτὴς apud *Thomam* reponendum καὶ ὁ πρεσβευτὴς &c. Quàm verò parum accuratè verba tum *Thucydidis* tum *Magiſtri* tractârunt editores *Thucydidei*, docebunt quæ ad *Thucyd.* loco citato, notârunt, & *Index Græcus* ad v. Πρεσβευτής; nam ſic ibi ſcribitur. Sed redeo ad *Magiſtrum*, qui ἁμαρτάνει, inquit, ὁ λέγων ἐπὶ πληθυντικοῦ πρεσβευταὶ καὶ πρεσβευτάς· οὐδεὶς γὰρ τῶν δοκίμων εἶπε τοῦτο. Ergóne minùs tibi ſe probavit *Thucyd.* qui l. 8. c. 77. ità ſcripſit: οἱ δέκα πρεσβευταί, ὡς ἦσαν ἐν &c. Adde *Marmor. Oxonien.* p. 71. edit. *Maitt.* ubi iterum iterúmque vox illa numero plurativo adhibetur.

ταῖς πορευομένοις ποι. Καὶ ἐπειδὴ ἤχθησαν πρὸς Ξενοφῶντα, ἐρωτᾷ αὐτοὺς εἴ που ᾔσθηνται ἄλλου στρατεύματος Ἑλληνικοῦ. Οἱ δ' ἔλεγον πάντα τὰ γεγενημένα, καὶ νῦν ὅτι πολιορκοῦνται ἐπὶ λόφου, οἱ δὲ Θρᾷκες πάντες περιεκεκυκλωμένοι εἶεν αὐτούς. Ενταῦθα [1] τοὺς μὲν ἀνθρώπους τούτους ἐφύλαττον ἰσχυρῶς, ὅπως ἡγεμόνες εἶεν ὅποι δέοι· σκοποὺς δὲ καταστήσας [2] δέκα, συνέλεξε τοὺς στρατιώτας, καὶ ἔλεξεν·

“ Ανδρες στρατιῶται, τῶν Αρκάδων οἱ μὲν τεθνᾶσιν, οἱ
“ δὲ λοιποὶ ἐπὶ λόφου τινὸς πολιορκοῦνται. Νομίζω δ'
“ ἔγωγε, εἰ ἐκεῖνοι ἀπολοῦνται, οὐδ' ἡμῖν εἶναι οὐδεμίαν σω-
“ τηρίαν, οὕτω μὲν πολλῶν ὄντων πολεμίων, οὕτω δὲ τεθαρ-
“ ῥηκότων. Κράτιστον οὖν ἡμῖν ὡς τάχιστα βοηθεῖν [3] τοῖς ἀν-
“ δράσιν, ὅπως, εἰ ἔτι εἰσὶ σῶοι, σὺν ἐκείνοις μαχώμεθα,
“ καὶ μὴ, μόνοι λειφθέντες, μόνοι καὶ κινδυνεύσωμεν. Νῦν
“ μὲν οὖν στρατοπεδευσώμεθα, προελθόντες ὅσον ἂν δοκῇ

proficiſcentes incidunt. Cúmque ad Xenophontem ducti eſſent, interrogat *ille* eos an alias alicubi Græcas eſſe copias ſenſiſſent. Illi omnia, quæ acciderant, narrant, atque nunc jam eas in colle obſideri, Thracáſque univerſos eas undique cinxiſſe. Ibi tum homines illos diligenti cuſtodiâ adſervabant, ut ubi opus eſſet itineris duces eſſent: cúmque ſpeculatores decem conſtituiſſet, milites convocavit, atque orationem *hanc* habuit:

“ Arcadum alii, milites, perierunt, reliqui quodam in colle ob-
“ ſidentur. Et ipſe quidem arbitror, ſi illi fuerint deleti, nullam
“ nobis ſalutem fore, cùm tanta ſit hoſtium multitudo, tantáque
“ confidentia. Quapropter optimè nos facturos arbitror, ſi viris
“ opem quàm celerrimè feremus; ut ſi adhuc ſint incolumes,
“ *unà* cum ipſis dimicemus, ac non, ſoli relicti, ſoli etiam prælii
“ aleam ſubeamus. Jam certè quidem caſtra metemur, tantiſper

---

[1] Τοὺς μὲν ἀνθρώπους &c.] Adi p. 320. n. 2.

[2] Δέκα.] In MSto Eton. deeſt.

[3] Τοῖς ἀνδράσι.] Vide ſis p. 322. n. 1.

“ [1] καιρὸς εἶναι εἰς τὸ δειπνοποιεῖσθαι· ἕως δ' ἂν πορευώμεθα, “ Τιμασίων ἔχων τοὺς ἱππέας, προελαυνέτω ἐφορῶν ἡμᾶς, “ καὶ σκοπείτω τὰ ἔμπροσθεν, ὡς μηδὲν ἡμᾶς λάθῃ.” Παρέπεμψε δὲ καὶ τῶν γυμνήτων ἀνθρώπους εὐζώνους εἰς τὰ πλάγια καὶ τὰ ἄκρα, ὅπως, εἴ πού τι ποθὲν καθορῷεν, σημαίνοιεν· ἐκέλευε δὲ καίειν [2] ἅπαντα, ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν καυσίμῳ. “ Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀποδραίημεν ἂν οὐδαμοῦ· ἐνθένδε “ δὲ [3] πολλὴ μὲν, ἔφη, εἰς Ἡράκλειαν πάλιν ἀπιέναι, πολλὴ “ δὲ εἰς Χρυσόπολιν διελθεῖν· οἱ δὲ πολέμιοι πλησίον· εἰς Κάλ- “ πης δὲ λιμένα, ἔνθα Χειρίσοφον νομίζομεν εἶναι, εἰ σέσωσται, “ ἐλαχίστη ὁδός. Ἀλλὰ δὴ ἐκεῖ μὲν οὔτε πλοῖά ἐστιν, οἷς ἀπο- “ πλευσούμεθα· μένουσι δὲ αὐτοῦ [4] οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας ἐστὶ τὰ ἐπι- “ τήδεια. Τῶν δὲ πολιορκουμένων ἀπολομένων, σὺν τοῖς Χει-

“ progreſſi, dum cœnandi tempus eſſe viſum fuerit: quamdiu verò “ pergemus, Timaſion cum equitibus antecedat *ità* ut nos ob- “ ſervet, atque ea ſpeculetur quæ ante nos *erunt*, ut nihil nos “ lateat.” Miſit etiam ex armaturâ levi homines expeditos ad latera montiúmque juga, ut, ſi quid ullâ ex parte conſpicerent, *ſibi* ſignificarent: juſſit autem *eos* quidquid offenderent, quod exuri poſſet, exurere. “ Nec enim fieri poterit, ait, ut uſquam “ gentium fugâ evadamus: ex hoc certè loco longum, ait, *habi-* “ *turi ſimus* iter, ſi Heracleam redeamus, longum etiam, ſi Chry- “ ſopolin contendamus; porrò hoſtes *à nobis* propè abſunt; ad “ Calpes verò portum, ubi nunc eſſe Cheriſophum arbitramur, “ ſi *quidem* incolumis *eò* pervenit, via breviſſima *eſt*. At enim “ iſthic neque ſunt naves, quibus avehamur; & ibi manentibus “ nè unum quidem in diem ſuppetet commeatus. Cæterùm per- “ euntibus iis qui nunc obſidentur, minùs expedit cum ſolis Che-

---

[1] Καιρὸς] Reſpice p.296.n.3.& p.198.n.3.

[2] Ἅπαντα, ὅτῳ &c.] Vide p. 264. n. 6.

[3] Πολλὴ μὲν.] A clauſulâ ſententiæ petenda eſt ὁδός.

[4] Οὐδὲ μιᾶς] Sic reſcripſi ex conjecturâ, cui adſtipulatur *Amaſæi* verſio hæc, *neque in unum duntaxat diem &c.* Vulgò legitur οὐδημιᾶς.

“ ρισόφου μόνοις κίνδυνόν ἐστι [1] διακινδυνεῦσαι, ἢ σωθέντων,
“ πάντας [2] εἰς ταυτὸν ἐλθόντας, [3] κοινῇ τῆς σωτηρίας ἔχεσθαι.
“ Ἀλλὰ χρὴ [4] παρεσκευασμένους τὴν γνώμην πορεύεσθαι,
“ ὡς νῦν ἢ εὐκλεῶς τελευτῆσαί ἐστιν, ἢ κάλλιστον ἔργον ἐργά-
“ σασθαι, Ἕλληνας τοσούτους σώσαντας. Καὶ ὁ θεὸς ἴσως ἄγει
“ οὕτως, [5] ὃς τοὺς μεγαληγορήσαντας, ὡς πλεῖον φρονοῦντας,
“ ταπεινῶσαι βούλεται· ἡμᾶς δὲ, τοὺς ἀπὸ τῶν θεῶν ἀρ-
“ χομένους, ἐντιμοτέρους ἐκείνων καταστῆσαι. Ἀλλ' ἕπεσθαι
“ χρὴ καὶ προσέχειν τὸν νοῦν, ὡς ἂν τὸ παραγγελλόμενον
“ δύνησθε ποιεῖν.”

“ riſophi *copiis* belli aleam ſubire, quàm conſervatis *aliis*, om-
“ nes in eundem locum congreſſos ſaluti communiter conſulere.
“ Enimvero *ſic* comparatis animis nobis pergendum eſt, *ut ſta-*
“ *tuamus* hoc tempore vel glorioſè occumbendum eſſe, vel præ-
“ clariſſimum facinus obeundum, cùm tot Græcos ſervaverimus.
“ Atque deus forſan ipſe rem huc deducit, qui magna loquutos,
“ quaſi prudentiâ præcellerent, deprimere vult; nos verò, qui
“ à diis *rerum agendarum* initium ducimus, illis clariores reddere.
“ Sed *jam* ſequi *vos* oportet & animum attendere, ut *quidquid*
“ imperatum *fuerit* exſequi potueritis.”

---

[1] Διακινδυνεῦσαι, ἢ &c.] MS. Eton. ἀρκεῖ ἐν διακινδυνεῦσαι, ἢ σωθέντων, πάντας, &c. quæ quidem, mutato ἀρκεῖ in ἄμεινον, vera eſt, opinor, ſcriptura. In editis pleriſque libris malè ſcribitur — διακινδυνεῦσαι· σωθέντων δὲ, πάντας &c.

[2] Εἰς ταυτὸν] Vide p. 196. n. 1. *Thom. Magiſt.* Ταυτὸν λέγε, μὴ τὸ ταυτόν· τὸ γὰρ ταυτὸν τὸ αὐτὸ ὂν, καὶ συναλοιφῇ ταυτὸ γέγονε. Γράφεται δὲ καὶ ταυτὸν, καὶ ταυτὸ, ἐπιφερομένου τε συμφώνου, καὶ ἐπιφερομένου φωνήεντος.

[3] Κοινῇ τῆς σωτηρίας &c.] Confer. p. 220. n. 6. & p. 224. n. 5. Similis ferè uſus eſt ἔχεσθαι Heb. VI. 9. ubi ἐχόμενα σωτηρίας ſunt, *quæ ad ſalutem faciunt*, vel *quæ ad eam proximè adducunt*. Adpoſitè ad Xenophontis verba *Phavor.* Ἔχεσθαι, μάχεσθαι, φροντίζειν ad Apoſtoli — Ἐχόμενα, cum nomine casûs ſecundi, πλησίον, ἐγγύτατα.

[4] Παρεσκευασμένους τὴν γνώμην] Conſimili phraſi utitur Petrus 1 ep. IV. 1.

[5] Ὃς τοὺς μεγαληγορήσαντας &c.] Lege pag. 209. n. 2. Sic ferè de Jove ſuo *Heſiodus* Ἔργ. καὶ ἡμ. v. 5. & ſeq.

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥεῖα δὲ βριάοντα χαλέπτει·
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει·
Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει
Ζεὺς &c.

Herodot. l. 7. c. 5. φιλέει γὰρ ὁ Θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν —— οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ Θεὸς ἢ ἑωυτόν. Adde quæ *Stobæus* Serm. 35. è ſacris libris collegit.

Ταῦτ' εἰπὼν, ἡγεῖτο. Οἱ δ' ἱππεῖς διασπειρόμενοι ἐφ' ὅσον καλῶς [1] εἶχεν, ἔκαιον ᾗ ἐβάδιζον. Καὶ οἱ πελτασταὶ ἐπιπαριόντες [2] κατὰ τὰ ἄκρα, ἔκαιον πάντα, ὅσα καύσιμα ἑώρων· καὶ ἡ [3] στρατιὰ δὲ, εἴ τινι παραλειπομένῳ ἐντυγχάνοιεν· ὥστε πᾶσα ἡ χώρα αἴθεσθαι ἐδόκει, καὶ τὸ στράτευμα πολὺ εἶναι. Ἐπεὶ δ' ὥρα ἦν, κατεστρατοπεδεύσαντο ἐπὶ λόφον ἐκβάντες, καὶ τά τε τῶν πολεμίων πυρὰ ἑώρων, (ἀπεῖχον γὰρ ὡς τετταράκοντα στάδια) καὶ αὐτοὶ ὡς ἐδύναντο πλεῖστα πυρὰ ἔκαιον. Ἐπεὶ δ' ἐδείπνησαν, τάχιστα παρηγγέλθη τὰ πυρὰ κατασβεννύναι [4] ἅπαντας. Καὶ τὴν μὲν νύκτα φυλακὰς ποιησάμενοι ἐκάθευδον· ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ προσευξάμενοι τοῖς θεοῖς, καὶ συνταξάμενοι ὡς εἰς μάχην, ἐπορεύοντο ᾗ ἐδύναντο τάχιστα. [5] Τιμασίων δὲ καὶ οἱ ἱππεῖς, ἔχοντες

Hæc loquutus, præcedebat. At equites hinc inde ſparſi quouſque commodum eſſet, incendebant *omnia* quà vadebant. Et peltaſtæ cùm in ardua loca evaſiſſent, quæcunque exuri poſſe viderent, incendebant omnia; *quod* & exercitus ſanè *faciebat*, ſi quid *ab iis* quod relictum eſſet offenderet: adeò ut regio tota ardere, & ingens exercitus eſſe videretur. Poſteaquam tempus eſſet, conſcenſo colle *quodam* caſtra metabantur, cùm & hoſtium ignes cernerent, (nam *ab iis tantùm* quadraginta ferè ſtadia aberant) & ipſi quàm poterant plurimos accenderent ignes. Cùm cœnâſſent, mandatum eſt omnibus ut ignes quàm celerrimè extinguerent. Ac per noctem quidem conſtitutis excubiis ſomno ſe dabant: primâ verò luce deos comprecati, & ſtructis ordinibus tanquam *ſi* ad pugnam *mox ineundam ſe pararent*, quàm poterant celerrimè pergebant. At Timaſion equitéſque, qui habebant

---

[1] Εἶχεν, ἔκαιον ᾗ &c.] Sic rectè edit. *Steph.* & *Leuncl.* At in MSto Eton. & editis quibuſdam legitur —— εἶχεν, καὶ οἱ πελτασταὶ &c. cæteris perperam omiſſis.

[2] Κατὰ τὰ ἄκρα.] In vet. quibuſdam edit. peſſimè ſcribitur καὶ τὰ ἄκρα, &c. Rectè MS. Eton. exhibet κατὰ τὰ ἄκρα. Sic enim ſuprà modò p. 469. Noſter, Παρέπεμψε δὲ καὶ τῶν γυμνητῶν ἀνθρώπους εἴκοσιν ὡς τὰ πλάγια καὶ τὰ ἄκρα, &c. Quin & hanc ſcripturam huc revocandam viderunt *Steph. Muret. Leuncl.*

[3] Στρατιὰ —— ἐντυγχάνοιεν.] Vide p. 412. n. 6.

[4] Ἅπαντας] MS. Eton. πάντας.

[5] Τιμασίων δὲ καὶ &c.] Reſpice p. 469.

τοὺς ἡγεμόνας, καὶ [1] προελαύνοντες, ἔλαθον αὐτοὺς ἐπὶ τῷ λόφῳ γενόμενοι, ἔνθα ἐπολιορκοῦντο οἱ Ἕλληνες. Καὶ οὐχ ὁρῶσιν οὔτε τὸ φίλιον στράτευμα, οὔτε τὸ πολέμιον (καὶ ταῦτα ἀπαγγέλλουσι πρὸς τὸν Ξενοφῶντα καὶ τὸ στράτευμα) γραΐδια δὲ καὶ γερόντια, καὶ [2] προβάτια ὀλίγα, καὶ βοῦς καταλελειμμένας. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον θαῦμα ἦν τί εἴη τὸ γεγενημένον· ἔπειτα δὲ καὶ τῶν καταλελειμμένων ἐπυνθάνοντο ὅτι οἱ μὲν Θρᾷκες εὐθὺς ἀφ' ἑσπέρας [3] ᾤχοντο ἀπιόντες· ἕωθεν δὲ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἔφασαν οἴχεσθαι· [4] ὅπου δὲ, οὐκ εἰδέναι.

Ταῦτα ἀκούσαντες [5] οἱ ἀμφὶ Ξενοφῶντα, ἐπεὶ ἠρίστησαν, συσκευασάμενοι ἐπορεύοντο· βουλόμενοι ὡς τάχιστα συμμῖξαι τοῖς ἄλλοις εἰς Κάλπης λιμένα. Καὶ πορευόμενοι ἑώρων [6] τὸν στίβον

apud ſe duces itineris, & ante *cæteras copias* perrexerant, prius in collem, ubi Græci obſeſſi erant, evaſerunt, quàm *eò ſe perveniſſe* animadverterent: neque *hîc* vel ſocias copias, vel hoſtiles vident; (eáque *ipſa* Xenophonti & *univerſo* exercitui *mox* ſignificant) ſed aniculas *tantùm quaſdam* & vetulos, & oviculas paucas, & boves relictos. Et primùm quidem *iis* miraculo *res* erat, quid accidiſſet *neſcientibus:* poſteà de relictis *illis* ſciſcitando comperiunt Thracas primo ſtatim veſpere diſceſſiſſe; atque manè Græcos etiam abiiſſe dixerunt; quò verò *abierint*, ſe neſcire.

Hæc cùm Xenophon ejúſque milites audiviſſent, poſteaquam pranſi eſſent, vaſis collectis pergebant; quippe qui cuperent quàm celerrimè ſe cum cæteris *Græcis* apud Calpes portum conjungere. Ac dum pergerent, Arcadum Achæorúmque veſtigia τῶν Ἀρκάδων καὶ Ἀχαιῶν κατὰ τὴν ἐπὶ Κάλπης ὁδόν. Ἐπεὶ δ' ἀφίκοντο εἰς τὴν ὁδὸν, ἄσμενοί τε εἶδον ἀλλήλους, καὶ ἠσπάζοντο ὥσπερ ἀδελφούς. Καὶ ἐπυνθάνοντο οἱ Ἀρκάδες τῶν περὶ Ξενοφῶντα τί τὰ πυρὰ κατασβέσειαν· ἡμεῖς μὲν γὰρ, ἔφασαν, ᾠόμεθα ὑμᾶς τὸ μὲν πρῶτον, ἐπειδὴ τὰ πυρὰ οὐχ ἑωρῶμεν, [1] τῆς νυκτὸς ἥξειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους· (καὶ οἱ πολέμιοι, ὥς γ' ἡμῖν ἐδόκουν, τοῦτο δείσαντες ἀπῆλθον· σχεδὸν γὰρ ἀμφὶ τοῦτον τὸν χρόνον ἀπῄεσαν.) Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀφικνεῖσθε, ὁ δὲ χρόνος ἐξήκεν, ᾠόμεθ' ὑμᾶς πυθομένους [2] τὰ παρ' ἡμῖν, φοβηθέντας οἴχεσθαι ἀποδράντας ἐπὶ θάλατταν· [3] καὶ ἐδόκει ἡμῖν μὴ ἀπολιπέσθαι ὑμῶν. Οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς δεῦρο ἐπορεύθημεν.

---

[1] Προελαύνοντες,] MS. Eton. προσελαύνοντες. Sed vide p. 248. n. 7.

[2] Προβάτια] MS. Eton. πρόβατα. Sed omnino retinenda eſt lectio vulgata, cùm diminutivis iſtis γραΐδια, γερόντια modò uſus eſſet. *Thom. Magiſt.* Οὐ μόνον πρόβατα, ἀλλὰ καὶ προβάτιον Ἀττικοί. Adi ſis *Ariſtoph.* Pl. v. 293. 299. 923.

[3] Ὤιχοντο ἀπιόντες,] Vide p. 340. n. 1.

[4] Ὅπου] Conſule p. 281. n. 5.

[5] Οἱ ἀμφὶ Ξενοφῶντα,] Lege p. 253. n. 3.

[6] Τὸν στίβον] *Amaſ.* legiſſe videtur τὸ [illegible], quippe cujus verſio exhibet *globos*. Sed vide ſis p. 58. n. 3.

Ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν αὐτοῦ [4] ηὐλίζοντο ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ πρὸς τῷ λιμένι. Τὸ δὲ χωρίον τοῦτο, ὃ καλεῖται Κάλπης λιμὴν, ἔστι μὲν ἐν τῇ Θρᾴκῃ τῇ ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ἀρξαμένη δὲ ἡ Θρᾴκη αὕτη

in eâ quæ ad Calpen tendebat viâ cernebant. Poſteaquam in viam *eam* perveniſſent, læti ſe mutuò adſpexêre, ac tanquam fratres *ſe* invicem amplexi ſunt. Atque Arcades ex Xenophontis militibus ſciſcitabantur quamobrem ignes extinxiſſent: nam primùm arbitrabamur, inquiunt *Arcades*, cùm ignes non *jam amplius uſquam* videremus, vos noctu in hoſtes invaſuros: (hoſtéſque *adeò*, utì quidem nobis *ſuſpicari* videbantur, id veriti diſceſſêre: nam id temporis ferè abierunt.) At cùm non veniretis, & tempus *jam* præteriiſſet, putabamus vos, poſteaquam rerum noſtrarum ſtatum cognoviſſetis, metu permotos ad mare fugâ abiiſſe: atque adeò viſum fuit nobis *dandam eſſe operam* ut à vobis non abeſſemus. Sic itaque nos etiam huc perreximus.

Et hoc quidem die ibi in litore propter portum commorati ſunt. Cæterùm is locus, qui Calpes portus dicitur, *ſitus* eſt in Thraciâ Aſiaticâ: hæc autem Thracia ducto ab oſtio Ponti iniἐστὶν ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου μέχρις Ηρακλείας, ἐπὶ δεξιὰ εἰς τὸν Πόντον εἰσπλέοντι. Καὶ τριήρει μέν ἐστιν εἰς Ηράκλειαν ἐκ Βυζαντίου κώπαις [1] ἡμέρας μάλα μακρᾶς πλοῦς· ἐν δὲ τῷ μέσῳ ἄλλη μὲν πόλις οὐδεμία, οὔτε φιλία, οὔτε Ελληνὶς, [2] ἀλλ' ἢ Θρᾷκες ἢ Βιθυνοί· καὶ οὓς ἂν λάβωσι τῶν Ελλήνων ἢ [3] ἐκπίπτοντας ἢ ἄλλως πως, δεινὰ ὑβρίζειν [4] λέγονται τοὺς Ελληνας. Ο δὲ Κάλπης λιμὴν ἐν μέσῳ μὲν κεῖται ἑκατέρωθεν πλεόντων ἐξ Ηρακλείας καὶ Βυζαντίου· [5] ἔστι δ' ἐν τῇ θαλάττῃ προκείμενον χωρίον, [6] τὸ μὲν εἰς τὴν θάλατταν καθῆκον αὐτοῦ, πέτρα ἀπορρὼξ, ὕψος, ὅπῃ ἐλάχιστον, οὐ μεῖον εἴκοσιν ὀργυιῶν· [7] ὁ δὲ αὐχὴν ὁ εἰς τὴν γῆν ἀνήκων τοῦ χωρίου,

---

[1] Τῆς νυκτὸς] Vide p. 247. n. 2.

[2] Τὰ παρ' ἡμῖν,] Vide p. 467. n. 3.

[3] Καὶ] Vide p. 380. n. 3.

[4] Ηὐλίζοντο] Vide p. 283. n. 1.

tio ad Heracleam uſque pertinet, in Pontum naviganti ad dextram *ſita*. Et è Byzantio quidem in Heracleam tantum eſt itineris, quantum confici trireme, quæ remis agatur, die poteſt longiſſimo: in medio nulla neque ſocia, neque Græca civitas eſt, ſed *ſoli* Thraces vel Bithyni: & quoſcunque Græcos ceperint ſive *in litus* ejectos, ſive quo alio caſu *eò delatos*, crudelem in modum eos tractare dicuntur. Calpes verò portus ſi qui Heracleâ & Byzantio navigant utrinque in medio ſitus eſt: locus ipſe in mare porrigitur, cujúſque *adeò* pars ea quæ ad mare pertinet, petra *eſt* prærupta, altitudine, quà minima *eſt*, non minori viginti orgyis: cervix loci quæ ad terram pertingit, *eſt* quatuor

---

[1] Ἡμέρας μάλα μακρᾶς] MS. Eton. μικρᾶς. Perperam. *Herodot.* l. 4. c. 86. haud ità diſſimili modo dixit, νηῦς ἐπίπαν μάλιστά κῃ κατανύει ἐν μακρημερίῃ &c. ubi legitur etiam μακρῇ ἡμέρῃ.

[2] Ἀλλ' ἢ Θρᾷκες ἢ &c.] MS. Eton. ἀλλὰ Θρᾷκες Βιθυνοί. Thraces utique οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ dici ſolent etiam Bithyni. Adi p. 211. n. 2. & 323. n. 1

[3] Ἐκπίπτοντας,] Eodem ſenſu adhibetur ἐκπίπτειν Act. XXVII. 17, 26. nempe de navigantibus, qui curſu propoſito excuſſi vel in brevia incidunt vel in litus ejiciuntur.

[4] Λέγονται τοὺς Ἕλληνας.] MS. Eton. dat ἐλέγχονται τοὺς &c. Cæterùm *Muretus* τοὺς Ἕλληνας delet. Tu vide ſis p. 364. n. 7. & p. 310. n. 1. Adde *K. Π.* p. 496. n. 3.

[5] Ἔστι δ' ἐν τῇ θαλάττῃ] *Muret.* legit ἔτι δὲ τῆς θαλάττης &c. Ipſe nihil mutandum cenſeo. Cæterùm, de portu hoc fuſiùs in *Diſſertat. Geograph.*

[6] Τὸ μὲν &c.] *Scil.* μέρος. Vide p. 258. n. 2.

[7] Ὁ δὲ αὐχὴν] *J. Poll.* l. 9. ſegm. 18. Καὶ ὁ μὲν ἐν μέσῳ τῆς θαλάττης [illegible] [illegible] γῆ — αὐχὴν *ſcil.* καλεῖται. *Herodot.* voce eâdem utitur μεταφορικῶς: vide l. 4. c. 85. l. 6. c. 37. Adde quæ ſupra ſcripſimus p. 275. n. 1. Similiter à *Plinio* N. H. l. 4. c. 3. & l. 6. c. 29. adhibetur *cervix*.

[1] μάλιστα τεττάρων πλέθρων τὸ εὖρος· τὸ δ' ἐντὸς τοῦ αὐχένος χωρίον, ἱκανὸν μυρίοις ἀνθρώποις [2] οἰκῆσαι. Λιμὴν δ' ὑπ' αὐτῇ τῇ πέτρᾳ, τὸ πρὸς ἑσπέραν αἰγιαλὸν ἔχων. Κρήνη δὲ ἡδέος ὕδατος καὶ ἀφθόνου ῥέουσα ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ, ὑπὸ τῇ ἐπικρατείᾳ τοῦ χωρίου. Ξύλα δὲ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, πάνυ δὲ πολλὰ καὶ καλὰ ναυπηγήσιμα ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ. Τὸ δὲ ὄρος τὸ ἐν τῷ λιμένι εἰς μεσόγαιαν μὲν ἀνήκει, ὅσον ἐπὶ εἴκοσι σταδίους, καὶ τοῦτο γεῶδες καὶ ἄλιθον· τὸ δὲ παρὰ θάλατταν, πλέον ἢ ἐπὶ εἴκοσι σταδίους, δασὺ πολλοῖς καὶ παντοδαποῖς καὶ μεγάλοις [3] ξύλοις. Ἡ δ' ἄλλη χώρα, καλὴ καὶ πολλή· καὶ κῶμαι ἐν αὐτῇ εἰσι πολλαὶ καὶ εὖ οἰκούμεναι· φέρει γὰρ ἡ γῆ καὶ κριθὰς, καὶ πυροὺς, καὶ ὄσπρια πάντα, [4] καὶ μελίνας, καὶ σήσαμον, καὶ σῦκα ἀρκοῦντα, καὶ ἀμπέλους πολλὰς

admodùm plethrorum latitudine: tractus autem intrà cervicem tantus eſt, ut hominibus decies mille habitacula præbere poſſit. Portus ſub ipſa petrà *ſitus eſt*, cujus litus ad occaſum vergit. *Eſt ibidem* & dulcis ac uberis aquæ fons, qui propter *ipſum* mare *ſic* labitur, *ut* ſub *hujus tamen* loci poteſtate *ſit*. *Sunt* & ligna, cùm multa quidem alia, tum verò plurima pulcherrimáque, juxta ipſum mare, quæ ſunt navibus fabricandis idonea. Mons, qui eſt in portu, in mediterranea ſe porrigit, ad viginti circiter ſtadia, éſtque *adeò* terrenus idem & lapidum expers; quà verò mare reſpicit, ampliùs viginti ſtadia, multis & omnis generis arboribus *iiſdém*que magnis denſus *eſt*. Reliqua regio amœna *eſt* & ampla: atque vici ſunt in eâ multi frequentéſque incolis: fert enim terra & hordeum, & triticum, & omnia legumina, & panicum, & ſeſamum, & ficus ſatìs multas, multas etiam vites vini καὶ [1] ἡδυοίνους, καὶ τἄλλα πάντα, πλὴν ἐλαιῶν. Ἡ μὲν χώρα ἦν τοιαύτη.

---

[1] *Μάλιστα*] Vide p. 382. n. 3.

[2] Οἰκῆσαι.] Sic ſcribendum videtur, utì & *Steph.* monuit. MS. Eton. nec non edit. *Ald.* & *Flor.* exhibent *οἴκησις*. *Leuncl.* cum aliis nonnullis dat *οἰκήσειν*. Ejuſdem locutionis Atticæ exemplum videre eſt ſuprà p. 271. ubi lege n. 2.

[3] *Ξύλοις*.] Pro *δένδρεσι* hoc loco poni videtur. Confer Apocal. II. 7. & XXII. 2, 14.

[4] *Καὶ μελίνας, καὶ &c.*] Adi p. 19. n. 4. & p. 150. n. 6.

[2] Ἐσκήνουν δὲ ἐν τῷ αἰγιαλῷ [3] ἐπὶ τῇ θαλάττῃ· εἰς δὲ τὸ πόλισμα ἂν γενόμενοι οὐκ ἐβούλοντο στρατοπεδεύεσθαι· ἀλλὰ ἐδόκει καὶ τὸ ἐλθεῖν ἐνταῦθα ἐξ ἐπιβουλῆς εἶναι, βουλομένων τινῶν [4] κατοικίσαι πόλιν. Τῶν γὰρ στρατιωτῶν οἱ πλεῖστοι ἦσαν οὐ σπάνει βίου ἐκπεπλευκότες ἐπὶ ταύτην τὴν μισθοφορὰν, ἀλλὰ τὴν Κύρου ἀρετὴν ἀκούοντες, [5] οἱ μὲν καὶ ἄνδρας ἄγοντες προσανηλωκότας χρήματα, οἱ δὲ καὶ τούτων ἕτεροι ἀποδεδρακότες πατέρας καὶ μητέρας, οἱ δὲ καὶ τέκνα καταλιπόντες, ὡς, χρήματα αὐτοῖς κτησάμενοι, ἥξοντες πάλιν· ἀκούοντες καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς

ſuavis feraces, cæteráſque *plantas* omnes, extra *unas* oleas. Hujuſmodi *ea* regio erat.

2 *Milites* autem in litore propter mare tabernacula collocabant: in oppidum verò licèt perveniſſent, caſtra *tamen ibi* locare nolebant; quin *ipſis* inſidioſè factum videbatur, quod eò loci veniſſent, quaſi civitatem condere aliqui *ibi* vellent. Nam maxima pars militum non *adducta* rerum ad vitam neceſſariarum inopiâ, ad hæc *capienda* ſtipendia *è Graciâ* navigaverant, ſed quòd Cyri virtutem auditione acceperant, alii viros etiam *ſecum* ducentes qui jam facultates conſumpſerant, ex his alii à patribus & matribus aufugerant, liberos etiam alii deſeruerant, utpote qui, opes ubi ipſis comparâſſent, redituros ſe ſperabant; cùm audiſſent alios

---

[1] Ἡδυοίνους] *J. Poll.* l. 1. ſegm. 243. *Ἀμπέλους μέντοι (λέγομεν) ἡδυοίνους, καὶ &c. Id.* l. 6. ſegm. 22. *Καὶ ἄμπελοι ἡδύοινοι, ὡς Ξενοφῶν.*

[2] Ἐσκήνουν] Intellige στρατιῶται vel Ἕλληνες, itémque paulò infrà cum γενόμενοι.

[3] Ἐπὶ τῇ &c.] MS. Eton. πρὸς τῇ &c. Sed parum refert, utram utri ſcripturam anteferas.

[4] Κατοικίσαι] In MSto Eton. & quibuſdam editis perperam legitur συνοικῆσαι. Iidem libri paulò infrà exhibent τὸ χωρίον οἰκῆσαι, pro — οἰκίσαι, quod alii rectè repræſentant. Verbo compoſito uſus eſt Noſter p. 409.

[5] Οἱ μὲν καὶ ἄνδρας &c.] MS. Eton. οἱ μὲν καὶ ἄνδρας ἄγοντες, οἱ δὲ καὶ προσανηλωκότες χρήματα, καὶ τούτων ἕτεροι &c. Edit. quædam vet. dant οἱ μὲν καὶ ἄνδρας ἄγοντες πρὸς ἀνηλωκότα χρήματα, οἱ δὲ &c. Lectionem hanc *Amaſæus* expreſſit: quâ tamen poſthabitâ, *Steph.* & *Leuncl.* exemplaria libens ſequutus ſum.

παρὰ Κύρῳ [1] πολλὰ καὶ ἀγαθὰ πράττειν. Τοιοῦτοι οὖν ὄντες, ἐπεθύμουν εἰς τὴν Ἑλλάδα σώζεσθαι.

[2] Ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγένετο τῆς εἰς ταὐτὸ συνόδου, [3] ἐπ' ἐξόδῳ ἐθύετο Ξενοφῶν· (ἀνάγκη γὰρ ἦν ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐξάγειν) ἐπενόει δὲ καὶ [4] τοὺς νεκροὺς θάψαι. [5] Ἐπεὶ δὲ τὰ ἱερὰ ἐγένετο, εἵποντο καὶ οἱ Ἀρκάδες, καὶ τοὺς νεκροὺς, τοὺς μὲν πλείστους ἔνθαπερ ἔπεσον, ἑκάστους ἔθαψαν (ἤδη γὰρ [6] ἦσαν πεμπταῖοι, καὶ οὐχ οἷόν τε [7] ἀναιρεῖν ἔτι ἦν) ἐνίους δὲ τοὺς ἐκ τῶν ὁδῶν συνενεγκόντες, ἔθαψαν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐδύναντο κάλλιστα· οὓς δὲ μὴ εὕρισκον, [8] κενο-

quoque *qui* cum Cyro *eſſent* multa ſibi bona adquirere. Cùm eo eſſent animo *milites*, in Græciam incolumes redire cupiebant.

Poſteaquam dies illuxiſſet, ex quo eundem in locum convenerant, de educendis copiis Xenophon exta conſulebat: (neceſſe enim erat ad commeatus *eas* educere) de mortuis etiam ſepeliendis cogitabat. Cúmque pulchrè litatum eſſet, Arcades quoque ſequuti ſunt, & mortuos, pleroſque iis quidem quibus ceciderant locis, ſingulos ſepelierunt: (jam enim dies *ibi* quinque jacuerant, neque adeò fieri potuit ut eos tollerent) at nonnullos quos è viis congeſſerant, pro ſuis facultatibus quàm poterant honeſtiſſimè ſepelierunt: iis autem, quos non reperiebant, ceno-

---

[1] Πολλὰ καὶ ἀγαθὰ] Legitur etiam πολλὰ ἀγαθὰ πράττειν. Peſſimè. Illo modo loqui ſolent Græci, conjunctione interpoſitâ, pro πολλὰ ἀγαθά. *Ælian.* V. H. l. 2. c. 25. — πολλῶν καὶ ἀγαθῶν αἴτιον *&c.*

[2] Ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγένετο τῆς &c.] I. e. *cùm jam dies alter illuxiſſet, ex quo Arcades & Achæi ſe rursùs ad Xenophontis copias congregâſſent &c.* Adi p. 470. n. 2.

[3] Ἐπ' ἐξόδῳ ἐθύετο] Vide p. 364. n. 1. & p. 414. n. 3.

[4] Τοὺς νεκροὺς θάψαι.] MS. Eton. θάπτειν. Sed conſule p. 420. n. 2. Adde p. 429. n. 4.

[5] Ἐπεὶ δὲ τὰ ἱερὰ &c.] MS. Eton. & vet. aliquot cod. ἐπεὶ δὲ τὰ ἱερεῖα καλὰ ἐγένετο, *&c.* Sed (quod monuit *Steph.*) pro ἱερεῖα quin ἱερὰ legendum ſit nemini dubium eſſe poteſt: nam & vet. aliquot exemplarium & aliorum locorum auctoritate lectio hæc comprobatur. Porrò, καλὰ ex ſcholio huc irrepſiſſe puto, cùm in eodem loquendi genere ſæpiſſimè ſoleat omitti. Vide p. 124. n. 4. *Thucyd.* l. 5. c. 55. καὶ ὡς οὐδ' ἐνταῦθα τὰ διαβατήρια (*ſcil.* ἱερὰ) αὐτοῖς ἐγένετο, *&c.* & ejuſdem l. c. 116. ὡς αὐτοῖς τὰ διαβατήρια ἱερὰ — οὐκ ἐγίγνετο, *&c.*

[6] Ἦσαν πεμπταῖοι.] Similiter de defuncto Joh. XI. 39. τεταρταῖος — ἐστι. Adi p. 372. n. 3.

[7] Ἀναιρεῖν] Vide p. 430. n. 2.

[8] Κενοτάφιον] Monumentum hujuſmodi, quod Virgilius, *Æneid.* l. 3. v. 304. & l. 6. v. 505. vocem Græcam interpretatus, *inanem*

τάφιον αὐτοῖς ἐποίησαν μέγα, ϗ πυρὰν μεγάλην, [1] ϗ στεφάνους ἐπέθεσαν. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἀνεχώρησαν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Καὶ τότε μὲν δειπνήσαντες ἐκοιμήθησαν· τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ συνῆλθον οἱ στρατιῶται πάντες, (συνῆγον δὲ αὐτοὺς μάλιστα Αγασίας Στυμφάλιος ὁ λοχαγὸς, καὶ Ιερώνυμος Ηλεῖος λοχαγὸς, ϗ ἄλλοι πρεσβύτατοι τῶν Αρκάδων) καὶ δόγμα ἐποιήσαντο, ἐάν τις [2] τοῦ λοιποῦ μνησθῇ δίχα τὸ στράτευμα ποιεῖν, θανάτῳ αὐτὸν ζημιοῦσθαι· καὶ κατὰ χώραν ἀπιέναι, [3] ἥνπερ

taphium magnum ſtruxerunt, magnum etiam rogum, coronáſque *iis* impoſuerunt. Hæc cùm feciſſent, ad caſtra reverterunt. Atque ibi tum cœnâ ſumptâ quieti ſe dederunt: poſtridie autem milites univerſi convenerunt, (eos autem in primis Agaſias Stymphalius cohortis ductor, cohortis ductor etiam Hieronymus Eleus, aliſque ex Arcadibus natu maximi coëgerunt) & decretum fecerunt, ut ſi quis deinceps diſtrahendi exercitûs mentionem faceret, morte is multaretur; ut item in eum redirent ordinem,

---

nem tumulum vocat, in honorem atque memoriam mortuorum, eorum in primis qui vel in acie deſiderati, vel naufragio erant amiſſi, mos erat antiquis exſtruere. Hinc *Suetonio* in Claudio c. 1. dicitur *tumulus honorarius*. Nec inſepultis tantùm, ſed & beneficiorum quorundam inſigniorum auctoribus, quorum corpora jam anteà ſepulchris fuerant condita, tumulos ejuſmodi ponere ſolebant. Rem totam hanc luculenter exſequitur *Dionyſ. Hal.* A. R. lib. 1. c. 54. his verbis de Æneâ factis: Εἰ δέ τινας ταράττει τὸ πολλαχῇ λέγεσθαί τε καὶ δείκνυσθαι τάφους Αἰνείου, ἀμηχάνου ὄντος ἐν πλείοσι τὸν αὐτὸν τεθάφθαι χωρίοις, ἐνθυμηθήτωσαν ὅτι κοινόν ἐστιν ἐπὶ πολλῶν τοῦτό γε τὸ ἄπορον, καὶ μάλιστα τῶν μὴ ἐπιφανέσι ταῖς τύχαις χρησαμένων, πλάνητας δὲ τοὺς βίους ἐσχηκότων, μαθέτωσαν ὅτι χωρίον μὲν ἓν τὸ δεξάμενον τὰ σώματα αὐτῶν ἦν, μνημεῖα δὲ παρὰ πολλοῖς κατεσκεύαστο, δι᾽ εὔνοιαν τῶν ἀπολαυσάντων τι δι᾽ αὐτοὺς ἀγαθόν, μάλιστα εἰ τοῦ γένους αὐτῶν τι ἀπελείπετο, ἢ πόλεώς τινος δόμησις, ἢ χρόνιοι δίαιται καὶ φιλάνθρωποι μοναί. Lege *Hom.* Il. ψ'. v. 331 & ſeq. Adde, ſi libet, *Æli. Lamprid.* in Severo, c. 63. p. 1035. & *Vopiſc.* in Floriano, c. 2. p. 622. edit. Lugd. Bat.

[1] *Καὶ στεφάνους &c.*] Coronis, variis è floribus, herbis frondibúſve textis, apud veteres decorari conſueviſſe tumulos ſubinde docent auctores tam Græci quàm Latini. *Sophocl.* in Electrâ v. 898 & ſeq.

Χρ. Καὶ δὴ λέγω σοι πᾶν ὅσον κατειδόμην.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον,
Ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεοῤῥύτους
Πηγὰς γάλακτος, ϗ περιστεφῆ κύκλῳ
Πάντων ὅσ᾽ ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός.

Tibull. l. 2. eleg. 4. v. 47 & ſeq.

Atque aliquis ſenior, veteres veneratus amores,
Annua conſtructo ſerta dabit tumulo.

ubi vide quæ notavit elegantiſ. *Brouckh.*

[2] Τῦ λοιπῦ] Vide p. 431. n. 6.

[3] Ἥνπερ πρόσθεν &c.] *Scil.* eo loco vel ordine, quem quiſque ante diſſidium tenuerat. *Leuncl.* locum ſic vertit, —*formam exercitûs in abitu eandem retinendam eſſe, quæ priùs fuiſſet.*

πρόσθεν εἶχε τὸ στράτευμα, καὶ ἄρχειν τοὺς πρόσθεν στρατηγούς. Καὶ Χειρίσοφος μὲν ἤδη τετελευτήκει, φάρμακον πιὼν, πυρέττων· [1] τὰ δ' ἐκείνου Νέων ὁ Ασιναῖος παρελάμβανε.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐξαναστὰς εἶπε Ξενοφῶν, "Ω ἄνδρες στρατιῶται, τὴν μὲν πορείαν, ὡς ἔοικε, [2] δηλονότι [3] πεζῇ ποιητέον· οὐ γάρ ἐστι πλοῖα. Ανάγκη δὲ πορεύεσθαι ἤδη· οὐ γάρ ἐστι μένουσι τὰ ἐπιτήδεια. Ημεῖς μὲν οὖν θυσόμεθα· ὑμᾶς δὲ δεῖ παρασκευάζεσθαι ὡς μαχουμένους, εἴ ποτε καὶ ἄλλοτε· οἱ γὰρ πολέμιοι [4] ἀνατεθαρσήκασιν." Εκ τούτου ἐθύοντο οἱ στρατηγοὶ, μάντις δὲ παρῆν Αρεξίων Αρκάς· [5] ὁ δὲ Σιλανὸς ὁ Αμβρακιώτης ἤδη ἀποδεδράκει, πλοῖον μισθωσάμενος, ἐξ Ηρακλείας. [6] Θυομένοις

quem antea tenuerat exercitus, & cum imperio eſſent illi, qui priùs duces extitiſſent. Obierat jam diem ſupremum Cheriſophus, epoto medicamento, cùm febri laboraret; ac ejus *ſanè* partes obtinebat Neon Aſinenſis.

Poſt hæc cùm exſurrexiſſet Xenophon, "Iter nobis, milites, "inquit, pedibus nimirum, utì videtur, faciendum eſt: neque "enim *ulla nobis* ſunt navigia. Jam verò iter facere neceſſe eſt; "neque enim *hic* manentibus ſuppetit commeatus. Quamobrem "nos quidem hoſtias mactabimus; vos autem, ſi unquam aliàs, "*ſic* voſmet comparetis oportet, ut quibus pugnandum ſit: nam "animos receperunt hoſtes." Ibi tum hoſtias mactabant duces, *quibus* vates aderat Arexion Arcas: nam Silanus Ambraciotes jam, navigio conducto, ex Heracléâ aufugerat. *Ipſis* autem de δὲ ἐπὶ τῇ ἀφόδῳ [1] οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά. Ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν ἐπαύσαντο. Καί τινες ἐτόλμων λέγειν ὡς ὁ Ξενοφῶν, βουλόμενος τὸ χωρίον [2] οἰκίσαι, πέπεικε τὸν μάντιν λέγειν, ὡς τὰ ἱερὰ οὐ γίγνεται ἐπὶ ἀφόδῳ. [3] Ἐντεῦθεν [4] κηρύξας Ξενοφῶν, τῇ αὔριον παρεῖναι ἐπὶ τὴν θυσίαν τὸν βουλόμενον, καὶ, μάντις εἴ τις εἴη, παραγγείλας παρεῖναι, ὡς συνθεασόμενον τὰ ἱερὰ, [5] ἔθυε· καὶ ἐνταῦθα παρῆσαν πολλοί. [6] Θυομένων δὲ πάλιν εἰς τρὶς ἐπὶ τῇ ἀφόδῳ, οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά. Ἐκ τούτου χαλεπῶς εἶχον οἱ στρατιῶται· καὶ γὰρ τὰ ἐπιτήδεια

---

[1] Τὰ δ' ἐκείνου Νέων &c.] Adi p. 467. n. 3. & p. 418. n. 4. Noster paulò infrà, Νέων δὲ ἐπεὶ μὲν στρατηγὸς ἀντὶ τοῦ Χειρισόφου μέρος· unde forſan aliquis cum τὰ hoc loco intellexerit μέρη. Cæterùm pro τὰ δ' ἐκείνου MS. Eton. dat τὰ δὲ τούτου &c.

[2] Δηλονότι] Scribitur & diviſim δῆλον ὅτι. Vulgatam tamen ſcripturam retinere malim. Voces autem iſtas ſæpè invicem permutatas eſſe non uno loco ſuprà monuimus.

[3] Πεζῇ] Vide p. 407. n. 3.

[4] Ανατεθαρσήκασιν.] *Thucyd.* l. 5. c. 82. Καὶ Αργείων ὁ δῆμος — ἀναθαρσήσαντες &c. *Schol.* Καὶ ἀναθαρσήσαντες] ἀναλαβόντες αὖθις ἐλπίδας ἀγαθάς.

[5] Ο δὲ Σιλανὸς ὁ &c.] Refer ſis oculos ad p. 409. n. 3. De particulâ δὴ vide 418 n. 6. *Ariſtoph.* Ornith. v. 585. — μισθοφορεῖ δή. *Schol.* Ο δή, ἀντὶ τοῦ γάρ.

[6] Θυομένοις δὲ ἐπὶ &c.] Vide p. 124. n. 3.

diſceſſu hoſtias conſulentibus exta non erant læta. Quapropter hoc die quieverunt. Ac quidam audebant dicere Xenophontem, præ ſtudio coloniam eo in loco collocandi, vati perſuaſiſſe, ut de diſceſſu exta non fuiſſe læta diceret. Mox deinde Xenophon cùm præconis voce edixiſſet, ut craſtino die ſacrificio, quicunque vellet, intereſſet, &, ſi qui eſſet in exercitu vates, ut adeſſet, exta quò ſimul inſpiceret, denuntiâſſet, hoſtias cædebat; atque ibi aderant multi. Cúmque rurſùs ter hoſtias de diſceſſu conſulerent, exta non erant læta. Ibi tum milites moleſtiâ adficiebantur; nam commeatus ille, quem ſecum huc profecti adἐπέλιπεν ἃ ἔχοντες ἦλθον, [1] καὶ ἀγορὰ οὐδεμία παρῆν.

---

[1] Οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά.] Ità MS. Eton. In editis libris legitur οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ καλά. quam vocem ultimam, alibi etiam additam, tanquam ſcholion, ejiciendam cenſeo. Vide p. 477. n. 5.

[2] Οἰκίσαι] Scribitur & οἰκῆσαι. Sed tu vide ſis p. 476. n. 4.

[3] Ἐντεῦθεν] Adi p. 417. n. 6.

[4] Κηρύξας] Conſule p. 30. n. 4.

[5] Ἔθυε.] *Ammon.* Θύουσι καὶ Θύονται διαφέρει. Θύουσι μὲν γὰρ οἱ σφάττοντες τὰ ἱερεῖα. Θύονται δὲ οἱ διὰ τῶν σπλάγχνων μαντευόμενοι. *Th. Magiſt.* Θύω, ἐπὶ τῶν σφαττομένων ἱερείων — καὶ θύεται οὐ μόνον ἀντὶ τοῦ σφάττεται, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τοῦ θύει. Et haud ſanè crediderim perpetuum eſſe apud auctores, quod *Ammonius* notat, iſtorum verborum diſcrimen. Confuſum certè videtur apud Noſtrum, tum alibi, tum *Hiſt. Gr.* l. 3. ferè medio: αὐτὸς δὲ ἐβούλετο ἐλθὼν θῦσαι ἐν Αὐλίδι, ἔνθαπερ ὁ Ἀγαμέμνων, ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει, ἐθύετο.

[6] Θυομένων δὲ πάλιν &c] Suprà paulò aliâ orationis formâ rem eandem extulerat: Θυομένοις δὲ ἐπὶ τῇ &c. ubi participium poteſt conjungi cum ἐγίγνετο, vel etiam abſolutè, pariter ac θυομένων hoc loco, poni. Confer p. 467. n. 4. Hanc conſtructionis varietatem cùm non animadvertiſſent librarii, peſſimè acceperunt Evangeliſtæ verba Act. XXII. 17. ubi codices alii pro ὑποστρέψαντι dant ὑποστρέψαντος· pro προσευχομένου, προσευχόμενον alii, alii προσευχομένῳ. Quin & MS. Eton. hic loci perperam exhibet θυομένῳ.

Ἐκ τούτου συνελθόντων εἶπε πάλιν Ξενοφῶν, Ω ἄνδρες, ἐπὶ μὲν τῇ πορείᾳ, ὡς ὁρᾶτε, τὰ ἱερὰ οὔπω γίγνεται· τῶν δ' ἐπιτηδείων ὁρῶ ὑμᾶς δεομένους· ἀνάγκη οὖν μοι δοκεῖ θύεσθαι περὶ αὐτοῦ τούτου. Ἀναστὰς δέ τις εἶπε, Καὶ εἰκότως ἄρα ἡμῖν οὐ γίγνεται τὰ ἱερά· ὡς γὰρ ἐγὼ, ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου χθὲς ἥκοντος πλοίου, [2] ἤκουσα τινὸς ὅτι Κλέανδρος ἐκ Βυζαντίου [3] ἁρμοστὴς μέλλει ἥξειν, πλοῖα ἔχων καὶ τριήρεις. Ἐκ τούτου δὲ [4] ἀναμένειν μὲν πᾶσιν ἐδόκει· ἐπὶ δὲ τὰ ἐπιτήδεια ἀναγκαῖον ἦν ἐξιέναι· [5] καὶ ἐπὶ τούτῳ πάλιν [6] ἐθύετο εἰς τρεῖς, καὶ οὐκ

tulerant, *eos* defecit, neque forum ullum rerum venalium præſtò erat.

Hic cùm conveniſſent, *ità* rurſùs loquutus eſt Xenophon, Necdum felicia, milites, ad iter, utì videtis *ipſi*, ſunt exta: at commeatu vos egere video: quapropter neceſſe eſt, meâ *quidem* ſententiâ, hâc ipſâ de re deos conſulere. Et ſurgens quidam, Conſentaneum utique eſt, inquit, nos non poſſe litare: nam ut ego de quodam audivi, caſu quodam navigio *huc* herì adpulſo, Cleander è Byzantio, *cujus eſt* præfectus, cum navigiis ac triremibus venturus eſt. Ibi tum viſum quidem eſt omnibus expectandum eſſe; neceſſariò tamen ad commeatus *parandos* exeundum erat: atque hâc de re rurſùs ter mactatæ erant hoſtiæ, neque ἐγίγνετο τὰ ἱερά· καὶ ἤδη ἐπὶ σκηνὴν ἰόντες τὴν Ξενοφῶντος, ἔλεγον ὅτι οὐκ ἔχοιεν τὰ ἐπιτήδεια. Ὁ δ' οὐκ ἂν ἔφη ἐξαγαγεῖν, μὴ γιγνομένων τῶν ἱερῶν.

---

[1] Καὶ ἀγορὰ] Reſpice p. 461. n. 1.

[2] Ἤκουσα τινὸς ὅτι &c.] *Steph.* ὅτι expungendum, vel in ὁ mutandum, cenſuit. Rectiùs *Leuncl.* in atticiſmorum numerum ejus particulæ uſum referendum ſuſpicatus eſt. Noſter eodem fermè modo loquitur in libello Περὶ Προσόδων, haud ità procul à fine: *Εἰ δὲ σαφὲς δοκεῖ εἶναι ὡς, εἰ μέλλουσι πᾶσαι αἱ πρόσοδοι ἐκ πόλεως περαίνεσθαι, ὅτι εἰρήνην δεῖ ὑπάρχειν, &c.* Et in *Hiſt. Gr.* l. 6. paulò ultra med. *οἱ δὲ ἔλεγον ὡς, ἐπεὶ παῖδας αὐτοῖς οὐκ ἐβοήθουν ἐκ Σπάρτης, ὅτι πέμποιεν εἰς Θήβας ἱππάρχους, &c.* Adde quæ ſuprà ſcripſimus p. 410. n. 3.

[3] Ἁρμοστὴς] Vide p. 400. n. 5. Quod verò ſcribitur in quibuſdam cod. *ἁρμοστὴς μέλλων ἥξει*, abſonum extra modum & abſurdum eſt.

[4] Ἀναμένειν] *Scil. Κλέανδρον καὶ τὰς τριήρεις καὶ τὰ πλοῖα*, uti Noſter infrà pleniùs rem eandem enarrat.

[5] Καὶ ἐπὶ τούτῳ &c.] Suprà paulò dixerat, *δοκεῖ θύεσθαι περὶ αὐτοῦ τούτου.* Vide ſis p. 414. n. 3.

[6] Ἐθύετο] Intelligendus videtur cum hoc verbo Ξενοφῶν: utì & mox infrà, *Καὶ πάλιν τῇ ὑστεραίᾳ ἐθύετο, &c.*

Καὶ πάλιν δ' ὑστεραίᾳ ἐθύετο, καὶ σχεδόν τι πᾶσα ἡ στρατιὰ, διὰ τὸ μέλειν πᾶσιν, ἐκυκλοῦτο περὶ τὰ ἱερά· τὰ δὲ θύματα ἐπελελοίπει. Οἱ δὲ στρατηγοὶ [1] ἐξῆγον μὲν οὔ, συνεκάλεσαν δέ· εἶπεν οὖν ὁ Ξενοφῶν, Ισως οἱ πολέμιοι συνειλεγμένοι εἰσὶ, καὶ ἀνάγκη μάχεσθαι· εἰ οὖν [2] καταλιπόντες τὰ σκεύη ἐν τῷ ἐρυμνῷ χωρίῳ, ὡς εἰς μάχην παρεσκευασμένοι ἴοιμεν, ἴσως ἂν [3] τὰ ἱερὰ μᾶλλον προχωροίη ἡμῖν. Ακούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται [4] ἀνέκραγον ὡς οὐδὲν δέον εἰς τὸ χωρίον ἄγειν, ἀλλὰ [5] θύειν ὡς

tamen læta fuerunt exta: & jam *milites*, cùm ad Xenophontis tabernaculum acceſſiſſent, commeatus ſe non habere aiebant. At ille ſe educturum eos negabat, niſi perlitatum eſſet.

Ac poſtridie rursùs mactatæ erant hoſtiæ, atque totus ferè exercitus, propterea quòd omnibus *res* curæ eſſet, ſpiſſo orbe ſacra circumſteterunt: *jamque* eos defecerant hoſtiæ. At duces *eos* non eduxerunt quidem, ſed tamen convocàrunt: quare Xenophon, Fortaſſis, ait, collecti ſunt hoſtes, ac pugnare neceſſe eſt: ſi ergo relictis ſarcinis in loco *hoc* munito, tanquam ad pugnam inſtructi progrediamur, fortaſſe magìs exta feliciter nobis ceſſerint. *Hoc* cùm milites audiiſſent, exclamabant nihil eſſe, quamobrem *eum* in locum duceret, ſed quàm celerrimè ſacrifi-

---

[1] Ἐξῆγον μὲν οὔ, &c.] In quibuſdam libris locus ſic peſſimè diſtinguitur, — ἐξῆγον μὲν, οὐ συνεκάλεσαν δέ. quos ſequutus eſt *Amaſæus*. Noſter ſuprà p. 298. ſimiliter dixit, Οὗτος δ' ἦν μέγας μὲν οὔ, καλὸς δέ. Et p. 341. ἀνδρεῖος τυγχάνει μὲν οὔ, συνετὸς δέ. ubi vide notata.

[2] Καταλιπόντες τὰ σκεύη] Rectè huc τὰ σκεύη revocàrunt *Steph. Leuncl. Muret.* quæ in MSto Eton. & editionibus antiquis non comparent. Porrò, *Leuncl.* ſe τὰ σκεύη in quibuſdam exemplaribus legiſſe teſtatur.

[3] Τὰ ἱερὰ μᾶλλον προχωροίη] MS. Eton. τὰ ἱερὰ προχωροίη. Sed rectiùs cæteri libri vulgatam Lectionem exhibent. *Thucyd.* l. 5. c. 54. eâdem notione verbum uſurpavit: ὡς δ' αὐτοῖς τὰ διαβατήρια θυομένοις οὐ προὐχώρει, &c.

[4] Ἀνέκραγον ὡς] Conf. p. 359. n. 1.

[5] Θύειν] MS. Eton. θύσαντα. Vide p. 480. n. 5.

τάχιστα. [1] Καὶ πρόβατα μὲν οὐκέτι ἦν, [2] βοῦς δὲ ὑφ' ἁμάξης πριάμενοι ἐθύοντο· καὶ Ξενοφῶν Κλεάνορος ἐδεήθη τοῦ Ἀρκάδος προθυμεῖσθαι, [3] εἴ τι ἐν τούτῳ εἴη. Ἀλλ' [4] οὐδ' ὡς ἐγένετο τὰ ἱερά.

[5] Νέων δὲ ἦν μὲν στρατηγὸς κατὰ τὸ Χειρισόφου μέρος· ἐπεὶ δὲ ἑώρα [6] τοὺς ἀνθρώπους, ὡς εἶχον δεινῶς τῇ ἐνδείᾳ, βουλόμενος αὐτοῖς χαρίσασθαι, εὑρών τινα [7] ἄνθρωπον Ἡρακλεώτην, ὃς ἔφη κώμας ἐγγὺς εἰδέναι, ὅθεν εἴη λαβεῖν τὰ ἐπιτήδεια, [8] ἐκήρυξε, τὸν βουλόμενον ἰέναι ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια, ὡς ἡγεμόνος ἐσομένου.

candum eſſe. Ac oves ſanè non jam ampliùs erant *ullæ*, atque adeò boves quos de plauſtro emerant mactabant: & Xenophon Cleanorem Arcadem orabat ut alacri eſſet *ad omnia paranda* animo, ſi quid hoc *ſacrificandi* tempore *læti* extaret. Verùm nè ſic quidem perlitatum eſt.

Cæterùm Neon dux erat in Cheriſophi locum *ſuffectus*: *is* autem ubi miſerè premi homines inopiâ videbat, quòd iis gratificari volebat, cùm Heracleotam quendam reperiſſet, qui ſe diceret vicos nôſſe prope *ab ipſis*, unde commeatus petere liceret, per præconem pronuntiavit ut, quicunque vellet, ad commeatus parandos exiret *ſecum*, ut qui ſe ducem *ipſis* præbiturus eſſet.

[1] Καὶ] Eandem hujus particulæ vim videre eſt p. 267. n. 4.

[2] Βοῦς] Obiter emendandus eſt *Th. Magiſter*, apud quem in hâc voce ſcribitur, Λέγεται ἐπ' εὐθείας τὸ πληθυντικὸν βόες —— ἐπὶ δὲ τῆς Ἀττικῆς, βοῦς. Repone, ἐπὶ δὲ τῆς αἰτιατικῆς, βοῦς.

[3] Εἴ τι ἐν τούτῳ εἴη.] Plenè forſan dixerit aliquis εἴ τι καλὸν vel ἄμεινον ἐν τούτῳ χρήματι vel ἱερείῳ εἴη. Vide p. 286. n. 6. Mox infrà Noſter, καὶ γίνεται καλὰ τὰ ἱερὰ ἐπὶ τοῦ πρώτου ἱερείου.

[4] Οὐδ' ὡς ἐγένετο τὰ &c.] Legitur etiam in *Steph.* & *Leuncl.* edit. οὐδ' ὡς ἐγένετο καλὰ τὰ ἱερά. Sed illud καλὰ delendum jam ſuprà monui p. 480. n. 1. Quâ de re conjecturam meam confirmant hoc loco edit. *Ald.* & *Flor.* in quibus ſcribitur, οὐδ' ὡς ἐγένετο καλὰ τὰ ἱερὰ δηλονότι. Nam vox δηλονότι aliquid expoſitionis gratiâ additum eſſe luculenter indicat: atque adeò forſan hìc loci legendum, οὐδ' ὡς ἐγένετο· cæteris, quæ ſequuntur, omiſſis: ut ἐγένετο idem hìc valeat, atque προὐχώρει apud *Thucyd.* loco paulò ſuprà citato. *Stephanus* utique ſcripturam hanc veterum quorundam cod. auctoritate niti teſtatur. Vide ſis p. 428. n. 3. de δηλονότι. & p. 124. n. 4. de ἐγένετο.

[5] Νέων δὲ ἦν &c.] Adi p. 418. n. 4.

[6] Τοὺς ἀνθρώπους, ὡς εἶχον] Conſule p. 426. n. 6.

[7] Ἄνθρωπον Ἡρακλεώτην,] Lege p. 59. n. 1.

[8] Ἐκήρυξε] Reſpice p. 30. n. 4. & p. 267. n. 2.

Επεξέρχονται δὴ σὺν δορατίοις, καὶ ἀσκοῖς, καὶ θυλάκοις, καὶ ἄλλοις ἀγγείοις, εἰς δισχιλίους ἀνθρώπους. Επεὶ δ' ἦσαν ἐν ταῖς κώμαις, καὶ διεσπείροντο [1] ὡς ἐπὶ τὸ λαμβάνειν, ἐπιπίπτουσιν αὐτοῖς οἱ Φαρναβάζου ἱππεῖς πρῶτοι, (βεβοηθηκότες γὰρ ἦσαν τοῖς Βιθυνοῖς) βουλόμενοι σὺν τοῖς Βιθυνοῖς, εἰ δύναιντο, [2] ἀποκωλῦσαι τοὺς Ελληνας μὴ ἐλθεῖν εἰς τὴν Φρυγίαν. Οὗτοι οἱ ἱππεῖς ἀποκτένουσι τῶν Ελλήνων οὐ μεῖον ἢ πεντακοσίους· οἱ δὲ λοιποὶ ἐπὶ τὸ ὄρος ἀνέφυγον.

Εκ τούτου ἀπαγγέλλει τις ταῦτα τῶν ἀποπεφευγότων εἰς τὸ στρατόπεδον. Καὶ Ξενοφῶν, ἐπειδὴ οὐκ ἐγεγένητο τὰ ἱερὰ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, λαβὼν βοῦν ὑπὸ ἁμάξης, (οὐ γὰρ ἦν ἄλλα [3] ἱερεῖα) σφαγιασάμενος ἐβοήθει, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ μέχρι [4] πεντήκοντα ἐτῶν

Ibi ſanè homines ferè bis mille cum ſpiculis, & utribus, & ſaccis, aliiſque vaſis excurrunt. Cúmque in vicos perveniſſent, ac *jam* hinc inde capiendi *commeatûs* causâ ſe ſpargerent, primi eos Pharnabazi equites invadunt, (nam *hi* Bithynis opem laturi venerant) quippe qui cum Bithynis *conjuncti*, ſi poſſent, Græcos avertere volebant, nè Phrygiam ingrederentur. Equites illi ex Græcis non pauciores quingentis trucidant; reliqui *quendam* in montem ſe fugâ recipiebant.

Mox deinde eorum, qui fugâ evaſerant, aliquis hæc in caſtra renuntiat. Et Xenophon, quoniam eo die perlitatum non fuerat, ſumptum de plauſtro bovem (nam alia non ſupererant animantia) cùm mactâſſet, ad opem *ſuis* ferendam properabat, cæteríque *adeò eum ſequuti ſunt* omnes, quinquaginta annos non πάντες. Καὶ ἀναλαβόντες τοὺς λοιποὺς ἄνδρας, ἐς τὸ στρατόπεδον ἀφικνοῦνται. [1] Καὶ ἤδη μὲν ἀμφὶ ἡλίου δυσμὰς ἦν, καὶ οἱ Ελληνες μάλα ἀθύμως ἔχοντες ἐδειπνοποιοῦντο. Καὶ [2] ἐξαπίνης [3] διὰ τῶν λασίων τῶν Βιθυνῶν τινες ἐπιγινόμενοι [4] τοῖς προφύλαξι, τοὺς μὲν κατέκτανον, τοὺς δὲ ἐδίωξαν μέχρις εἰς τὸ στρατόπεδον. Καὶ κραυγῆς γινομένης, εἰς τὰ ὅπλα πάντες ἔδραμον οἱ Ελληνες· καὶ διώκειν μὲν καὶ κινεῖν τὸ στρατόπεδον νυκτὸς οὐκ ἀσφαλὲς ἐδόκει εἶναι· λάσια γὰρ ἦν τὰ χωρία· ἐν δὲ τοῖς ὅπλοις ἐνυκτέρευον, φυλαττόμενοι [5] ἱκανοῖς φύλαξι μάχεσθαι.

---

[1] Ὡς] Non ſimilitudinem ſpeciémve, ſed rei veritatem, denotat; eadémque vis ejus eſt Marc. I. 22. & Joh. I. 14.

[2] Ἀποκωλῦσαι τοὺς — μὴ &c.] Eodem fermè modo dicitur, atque p. 345. — ἐμποδὼν τοῦ μὴ ἤδη εἶναι, &c.

[3] Ἱερεῖα] Vide p. 444. n. 3.

[4] Πεντήκοντα] Sic rectè MS. Eton. & vet. quædam edit. quibuſcum conſentit *Amaſæus*. Codices alii dant τριάκοντα. At magis conſentaneum eſt, vacationem à militiæ laboribus annos quinquaginta potiùs, quàm triginta natis, fuiſſe datam.

Τὴν μὲν νύκτα οὕτω [6] διήγαγον· ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ οἱ στρατηγοὶ εἰς τὸ ἐρυμνὸν χωρίον ἡγοῦντο· οἱ δὲ εἵποντο, ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα καὶ τὰ σκεύη. Πρὶν δὲ ἀρίστου ὥραν εἶναι, [7] ἀπεταφρεύοντο

egreſſi. Cúmque viros *illos* reliquos recepiſſent, in caſtra revertuntur. Ac jam quidem ſolis occaſus inſtabat, cùm Græci animis admodùm debilitati cœnam ſumebant. Et Bithynorum nonnulli cùm repentè per *loca* ſilvis denſa primas in excubias irruiſſent, alios occiderunt, alios ad ipſa uſque caſtra perſequuti ſunt. Ac clamore excitato, ad arma Græci adcurrerunt omnes: & *hoſtem* quidem perſequi noctúque caſtra movere, tutum non eſſe videbatur: erant enim loca *ea* denſa ſilvis: at in armis pernoctârunt, conſtitutis excubiis ad dimicandum idoneis.

Ità noctem exegerunt: cúmque illuxiſſet, duces in locum munitum ducebant; ac *milites*, ſumptis armis vaſíſque, ſequebantur. Antequàm autem prandii tempus eſſet, quà in locum aditus ᾗ ἡ εἴσοδος ἦν εἰς τὸ χωρίον, καὶ ἀπεσταύρωσαν ἅπαντα, καταλιπόντες τρεῖς πύλας. Καὶ πλοῖον ἐξ Ἡρακλείας ἧκεν ἄλφιτα ἄγον, καὶ ἱερεῖα, καὶ οἶνον. Πρωῒ δ' ἀναστὰς Ξενοφῶν [1] ἐθύετο ἐπεξόδια, [2] καὶ γίνεται τὰ ἱερὰ [3] ἐπὶ τοῦ πρώτου ἱερείου. Καὶ ἤδη τέλος ἐχόντων τῶν ἱερῶν, ὁρᾷ [4] αἰετὸν αἴσιον ὁ μάντις [5] Ἀρεξίων Παῤῥάσιος, [6] καὶ ἡγεῖσθαι κελεύει τὸν Ξενοφῶντα. Καὶ διαβάντες τὴν τάφρον, [7] τὰ ὅπλα τίθενται, [8] καὶ ἐκήρυξαν ἀριστήσαντας ἐξιέναι τοὺς στρατιώτας σὺν τοῖς ὅπλοις, [9] τὸν δὲ ὄχλον καὶ τὰ ἀνδράποδα αὐτοῦ καταλιπεῖν. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι

---

[1] *Καὶ ἤδη μὲν — καὶ οἱ &c.*] Vide p. 320. n. 1.

[2] *Ἐξαπίνης*] Adi p. 339. n. 2.

[3] *Διὰ τῶν λασίων*] *Subint. χωρίων.* Plenè mox infrà ſcribit, *λάσια γὰρ ἦν τὰ χωρία.* Vide p. 352. n. 1.

[4] *Τοῖς προφύλαξι,*] Inſpice p. 133. n. 2.

[5] *Ἱκανοῖς φύλαξι μάχεσθαι.*] Poſt vocem *φύλαξι* ponendam *στιγμὴν τελείαν* cenſuit *Muretus*: deinde legendum, *Καὶ τὴν μὲν νύκτα οὕτω &c.* deleto verbo *μάχεσθαι.* quod tamen, in MSto quamvìs etiam Eton. non extet, per me licet, retineas.

[6] *Διήγαγον*] Vide p. 387. n. 1.

[7] *Ἀπεταφρεύοντο*] In *Steph.* Theſ. reperitur id verbi ſine auctore; in *Conſtant.* citatur tantùm *Appian.* Eodem tamen utitur *Dion. Hal.* A. R. l. 9. c. 8. *Ὡς γὰρ ἤρξαντο — ἀποταφρεύειν τε καὶ ἀποσταυροῦν οἱ &c.* ferè ut Noſter *ἀπεταφρεύοντο — καὶ ἀπεσταυροῦντο.* Quare perperam

erat foſſam duxerunt, omniáque, tribus *tantùm* portis relictis, vallo præcludebant. Atque *ibi tùm* ex Heracléâ venit navigium, quod farinam, & animalia, & vinum vehebat. Xenophon autem manè ſurgens de diſcedendo exta conſulebat, ac primâ *ſtatim* hoſtiâ perlitatum eſt. Cúmque ſacra jam peracta eſſent, Arexion Parrhaſius vates aquilam fauſtam conſpicit, & Xenophontem *copias* ducere jubet. Atque adeò ubi foſſam tranſiiſſent, in armis conſiſtunt, & per præcones edixerunt, militibus exeundum eſſe armatis, ut primùm pranſi eſſent, turbam verò *imbellem* cum mancipiis ibidem eſſe relinquendam. Ac cæteri

---

peram libri quidam vet. in quibus eſt & MS. Eton. pro ἀπεσταύρωσαν dant [illegible]. *Dionyſ. Hal.* iterùm ibid. l. 10. c. 21. — τὴν πόλιν αὐτῶν ἀπεσταύρωσαν &c. Adde ſis *Suid.* in v. Ἀπεσταύρωσαν.

[1] Ἐθύετο ἐπεξόδια,] Fruſtrà vocem hanc in lexicis quæſiveris. Cæterùm, ſimiliter dixit p. 349. [illegible] — ἐσφαγιάζοντο — & p. 353. σωτήρια θύειν. & hoc & illo loco vide notata. Adde ex *Thucyd.* adlata p.482. n. 3. Eodem redit phraſis ἐπ' ἐξόδῳ ἐθύετο, quâ uſus eſt Noſter p. 477.

[2] Καὶ γίνεται τὰ &c.] Sic rectè MS. Eton. Vulgò poſt γίνεται legitur καλά· quam quidem vocem cum εἶναι junctam videre eſt pag. 286. 290 & alibi ſæpè, non item cum verbo γίνεσθαι. Huic utique cùm adjuncta ſint τὰ ἱερὰ, idem valere videntur, quod προχωρεῖν τὰ ἱερά· quo genere loquendi ſuprà uſus eſt Noſter p. 482. Vide & p. 483. n. 4. & p. 480. n. 1.

[3] Ἐπὶ τοῦ πρώτου ἱερείου] Suprà p. 286. dixit ellipticè, καὶ τὰ ἱερὰ καλὰ ἦν εὐθὺς ἀπὸ τοῦ πρώτου. Et paulò infrà leges, καὶ ἐγένετο ἐπὶ τοῦ πρώτου &c.

[4] Αἰετὸν αἴσιον] Reſpice p. 453. n. 3.

[5] Ἀρεξίων Παῤῥάσιος &c.] Legitur & Ἀρεξίων [illegible] &c. cui ſcriptura recepta omnino præferenda eſt, cùm ſuprà pag. 479. vates idem dicatur Ἀρεξίων Ἀρκάς. *Parrhaſius* utique ſonat *Arcadius*. Vide *Virg.* Æn. lib. 8. v. 344.

[6] Καὶ ἡγεῖσθαι κελεύει &c.] Vide ſis quæ notavit doctiſſ. *Kuhn.* ad *Pauſan.* l. 4. c. 16. ſub init.

[7] Τὰ ὅπλα τίθενται.] Adi p. 367. n. 3.

[8] Καὶ ἐκήρυξαν] Conſule p. 267. n. 2.

[9] Τὸν δὲ ὄχλον] Lege p. 244. n. 15.

πάντες ἐξῄεσαν, Νέων δὲ οὔ· ἐδόκει γὰρ κάλλιστον εἶναι, τοῦτον φύλακα καταλιπεῖν τῶν ἐπὶ στρατοπέδῳ. [1] Ἐπειδὴ δὲ οἱ λοχαγοὶ καὶ οἱ στρατιῶται ἀπέλιπον αὐτοὺς, αἰσχυνόμενοι μὴ ἕπεσθαι, τῶν ἄλλων ἐπεξιόντων, κατέλιπον τοὺς ὑπὲρ πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη. Καὶ οὗτοι μὲν ἔμενον· οἱ δ' ἄλλοι ἐπορεύοντο. Πρὶν δὲ πέντε καὶ δέκα στάδια διεληλυθέναι, ἐνέτυχον ἤδη νεκροῖς· καὶ τὴν οὐρὰν τοῦ κέρατος ποιησάμενοι κατὰ τοὺς πρώτους φανέντας νεκροὺς, ἔθαπτον πάντας ὁπόσους ἐπελάμβανε τὸ κέρας. Ἐπειδὴ δὲ τοὺς πρώτους ἔθαψαν προαγαγόντες, καὶ τὴν οὐρὰν αὖθις ποιησάμενοι κατὰ τοὺς πρώτους τῶν ἀτάφων, ἔθαπτον τὸν αὐτὸν τρόπον ὁπόσους ἐπελάμβανεν ἡ στρατιά. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν ὁδὸν ἧκον [2] τὴν ἐκ τῶν

quidem exibant omnes, præter Neonem: nam rectiſſimè ſe facturos exiſtimabant, ſi hunc eorum qui in caſtris manebant cuſtodem relinquerent. Cùm autem eos cohortium ductores militéſque reliquiſſent, ſibi dedecori *fore* putantes, ſi, cæteris exeuntibus, ipſi non ſequerentur, eos *tantùm in caſtris* reliquerunt, qui quadraginta & quinque annos egreſſi eſſent. Et hi quidem manebant; cæteri iter ingreſſi ſunt. Priuſquàm quindecim ſtadia proceſſerant, in *cæſorum* jam inciderunt cadavera; itaque cùm extremam cornu partem juxta cadavera primùm conſpecta conſtituiſſent, quæcunque cornu amplectebatur, ſepeliebant omnia. Poſteaquam prima *illa* ſepeliiſſent, progreſſi, rurſúmque parte cornu extremâ juxta prima eorum quæ necdum ſepulta erant conſtitutâ, eodem modo, quæcunque comprehendere potuit exercitus, ſepeliebant. Cúmque ad viam veniſſent, *quà* ex κωμῶν, ἔνθα ἔκειντο ἁθρόοι, συνενεγκόντες αὐτοὺς ἔθαψαν.

---

[1] Ἐπειδὴ δὲ οἱ &c.] MS. Eton. ἐπεὶ δ' οἱ &c. *Muretus* legit ἕπεσθαι, & quæ ſequuntur ad hunc modum, Ἐπειδὴ δὲ οἱ λοχαγοὶ καὶ οἱ στρατιῶται αἰσχυνόμενοι μὴ ἕπεσθαι τῶν ἄλλων ἐπεξιόντων, κατέλιπον αὐτοῦ τοὺς ὑπὲρ πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη. Edit. pleræque dant — ἀπέλιπον αὐτοὺς, αἰσχυνόμενοι &c. Rectiùs MS. Eton. — ἀπέλιπον αὐτοὺς, &c. in quo etiam pro ἕπεσθαι legitur ἐφέπεσθαι, pro ἐπεξιόντων ſimplex ἐξιόντων, necnon poſt κατέλιπον additur αὐτοῦ.

[2] Τὴν ἐκ τῶν χωρίων] *Scil.* φέρουσαν vel ἄγουσαν. Noſter p. 258. ἡ δὲ (*ſcil.* ὁδὸς) ἐπὶ Σοῦσά τε — φέρει, &c. — ἡ δὲ διὰ τῶν ὀρέων — εἰς Καρδούχους ἄγοι. Confer p. 368. n. 3.

Ηδη δὲ πέρα μεσούσης τῆς ἡμέρας [1] προαγαγόντες τὸ στράτευμα ἔξω τῶν κωμῶν, ἐλάμβανον τὰ ἐπιτήδεια ὅ,τι τις ὁρῴη ἐντὸς τῆς φάλαγγος. Καὶ ἐξαίφνης ὁρῶσι τοὺς πολεμίους [2] ὑπερβάλλοντας κατὰ λόφους τινὰς ἐκ τοῦ ἐναντίου, τεταγμένους [3] ἐπὶ φάλαγγος, ἱππέας τε πολλοὺς καὶ πεζούς· καὶ γὰρ Σπιθριδάτης καὶ Ραθίνης ἧκον παρὰ Φαρναβάζου ἔχοντες δύναμιν. Επεὶ δὲ κατεῖδον τοὺς Ελληνας οἱ πολέμιοι, ἔστησαν ἀπέχοντες αὐτῶν [4] ὅσον πεντεκαίδεκα σταδίους. Εκ τούτου εὐθὺς [5] Αρεξίων ὁ μάντις τῶν Ελλήνων σφαγιάζεται, [6] καὶ ἐγένετο ἐπὶ τοῦ πρώτου καλὰ τὰ σφάγια. Ενταῦθα ὁ Ξενοφῶν λέγει, "Δοκεῖ

vicis *iter erat*, ubi jacebant frequentia, in unum comportârunt ea & ſepelierunt.

Cùm jam præterierat meridies, promotis copiis extra vicos, commeatum quemcunque quis cernéret intra phalangem capiebant. Et ſubitò vident hoſtes per colles quoſdam exadverſùm iter facientes, in phalangem diſpoſitos, tum equites multos tum pedites: etenim Spithridates & Rhathines cum copiis à Pharnabazo *miſſis* adventabant. At poſteaquam Græcos conſpexiſſent hoſtes, intervallo ſtadiorum ferè quindecim iis diſtantes ſubſtiterunt. Tum verò ſtatim Græcorum vates Arexion hoſtias mactat, ac primâ hoſtiâ perlitatum eſt. Hìc Xenophon, "Cen-

---

[1] Προαγαγόντες τὸ στράτευμα &c.] Alio atque alio modo legitur & diſtinguitur hic locus. *Stephanianam* ipſe ſequutus ſum & diſtinguendi & ſcribendi rationem, mutato tantùm, quod ille exhibet, ἐν τῆς φάλαγγος in ἐντὸς τῆς &c. Ad hanc emendationem viam munit MS. Eton. qui repræſentat ἔντος (corruptè ſine dubio pro ἐντὸς) τῆς φάλαγγος. *Leuncl.* ſic verba diſtinguit — προαγαγόντες τὸ στράτευμα, ἔξω τῶν κωμῶν &c. *Muret.* pro ἔξω τῶν κωμῶν legendum ἐντὸς τῶν κωμῶν &c. & totum illud ἐν τῆς φάλαγγος inducendum eſſe contendit.

[2] Ὑπερβάλλοντας] Vide p. 263. n. 6.

[3] Ἐπὶ φάλαγγος] Adi p. 321. n. 3. & p. 344. n. 1.

[4] Ὅσον] Lege p. 308. n. 1.

[5] Αρεξίων] Scribitur & Ἀρηξίων. Vide p. 486. n. 5.

[6] Καὶ ἐγένετο ἐπὶ τοῦ &c.] *Scil.* ἱερείου, ut plenè ſuprà p. 486. ubi vide n. 3. & p. 290. n. 3.

“μοι, ὦ ἄνδρες στρατηγοὶ, [1] ἐπιτάξασθαι τῇ φάλαγγι λόχους “φύλακας, ἵνα, ἐὰν που δέῃ, ὦσιν οἱ ἐπιβοηθήσοντες τῇ φάλαγγι, καὶ οἱ πολέμιοι τεταραγμένοι ἐμπίπτωσιν εἰς τεταγμένους καὶ ἀκεραίους.” Συνεδόκει [2] ταῦτα πάντα πᾶσιν. “Ὑμεῖς μὲν τοίνυν, ἔφη, [3] προηγεῖσθε τὴν πρὸς τοὺς ἐναντίους, “ὡς μὴ ἑστήκωμεν, ἐπεὶ ὤφθημεν καὶ εἴδομεν τοὺς πολεμίους· “ἐγὼ δὲ ἥξω τοὺς τελευταίους λόχους [4] καταχωρίσας, ᾗπερ “ὑμῖν δοκεῖ.”

Ἐκ τούτου οἱ μὲν [5] ἡσύχως προῆγον· ὁ δὲ, τρεῖς [6] ἀφελὼν τὰς τελευταίας τάξεις, [7] ἀνὰ διακοσίους ἄνδρας, τὴν μὲν ἐπὶ τὸ δεξιὸν [8] ἐπέ-

“ſeo, duces, inquit, cohortes ſubſidiarias à tergo phalangis eſſe “collocandas, ut, ſicubi poſcat uſus, ſint qui phalangi auxilium “ferre poſſint, & hoſtes ordinibus turbatis in aciem inſtructam “& integram incidant.” Hæc omnia omnium adſenſu erant adprobata. “Vos igitur, ait, eâ præcedite *viâ* quæ in hoſtes *ducit*, “ut nè, poſteaquam conſpecti ſumus & hoſtes vidimus, ſubſiſtamus: ego cohortibus extremis, prout vobis videtur, conſtitutis *mox* adero.”

Poſt hæc illi placidè progreſſi ſunt; & *Xenophon* cùm tres poſtremos ordines, qui viris ſinguli ducentis conſtabant, *à reliquis* ταξεν ἐφέπεσθαι, [1] ἀπολιπόντας ὡς πλέθρον· Σαμόλας Αχαιὸς ταύτης ἦρχε τῆς τάξεως· τὴν δ' [2] ἐπὶ τῷ μέσῳ ἐχώρισεν ἕπεσθαι· Πυρίας Αρκὰς ταύτης ἦρχε· τὴν δὲ μίαν ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ· Φρασίας Αθηναῖος ταύτῃ ἐφειστήκει. Προϊόντες δὲ, ἐπεὶ ἐγένοντο οἱ ἡγούμενοι ἐπὶ νάπει μεγάλῃ καὶ δυσπόρῳ, ἔστησαν, ἀγνοοῦντες εἰ διαβατὸν εἴη [3] τὸ νάπος· καὶ παρεγγυῶσι στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς παριέναι [4] ἐπὶ τὸ ἡγούμενον. Καὶ ὁ Ξενοφῶν, θαυμάσας ὅ, τι τὸ ἴσχον εἴη τὴν πορείαν, [5] καὶ τάχα ἀκούων τὴν παρεγγύην, ἐλαύνει ᾗ [6] ἐδύνατο τάχιστα. Επεὶ δὲ συνῆλθον, λέγει Σοφαίνετος, πρεσβύτατος ὢν τῶν στρατηγῶν, [7] ὅτι οὐκ ἄξιον εἴη

---

[1] Ἐπιτάξασθαι] Ad *Anaſ.* obſervat *Steph.* ἐπιτάξασθαι opponi τῷ προτάξασθαι, quod eſt, *à fronte collocare.*

[2] Ταῦτα πάντα πᾶσιν] In MSto Eton. deeſt πάντα. In *Ald.* & *Flor.* legitur παντάπασιν. At vet. cod. habere πάντα πᾶσιν teſtatur *Steph.*

[3] Προηγεῖσθε τὴν &c.] Supple ὁδόν. Quâ de ellipſi vide p. 258. n. 3.

[4] Καταχωρίσας, ᾗπερ &c.] Veteres quidam libri dant προχωρίσας. Sed ſcriptura vulgata ſine dubio retinenda eſt. Noſter K. II. pag. 450. αὐτὸς δὲ τὸ ἄλλο στράτευμα αὐτοῦ κατεχώριζεν, &c. Eodémque alibi uſus eſt verbo: quod tamen in *Conſtant.* ſine auctore reperitur. Cæterùm, pro ᾗπερ, quod MS. Eton. præſtat, edit. pleræque exhibent ὅπερ. Malè. Suprà p. 478. τῇ τῆς χώρας ἀσκείνῃ, ᾗπερ &c.

[5] Ἡσύχως] MS. Eton. ἥσυχοι. Non malè. Sic Noſter K. II. p. 364. ἥσυχοι προσῄεσαν &c. ubi vide notata.

[6] Ἀφελὼν &c.] Interprete Stephano, *cùm ſeparâſſet, vel exemiſſet, & quaſi ſecrevisſet à reliquo corpore.*

[7] Ἀνὰ] Adi p. 320. n. 6.

[8] Ἐπέταξεν] Sic ex conjecturâ repoſui. Priùs legebatur in pleriſque edit. ἔπεμψεν, in MSto Eton. ἐπέστρεψεν, quod pro ἔπεμψεν huic inſerendum loco nonnulli cenſuerunt. Sed reſpuit, opinor, ἐπέστρεψεν articuli caſus: neque enim, γνώμην ἐμὴν, cum ἐπέστρεψεν ſcripſerit *Xenophon*, τὴν μὲν ἐπὶ τὸ &c. ſed τῇ μὲν ἐπὶ &c.

abduxiſſet, *eorum* alterum ad dextram, plethri ferè intervallo, ſubſequi juſſit; huic ordini præerat Samolas Achæus: alterum *ità* diſpoſuit ut loco medio ſequeretur; huic Pyrias Arcas præerat: tertium ad ſiniſtram *collocavit*; Phraſias huic Athenienſis erat præfectus. Procedentibus autem *copiis*, cùm ad ingentem tranſituque difficilem ſaltum qui præceſſerant perveniſſent, conſtiterunt, propterea quòd ignorabant an tranſiri poſſet ſaltus; atque adeò duces & cohortium præfectos hortantur ut ad frontem agminis tranſirent. Et Xenophon, admiratus quid illud eſſet quod iter impediret, ac celeriter *eorum* cohortationem audiens, quàm potuit citiſſimè *ad ipſos* progreditur. Cùm conveniſſent, Sophænetus, inter duces natu maximus, operæ pretium διαβαίνειν τοιοῦτον ὂν τὸ νάπος. Καὶ ὁ Ξενοφῶν σπουδῇ[1] ὑπολαβὼν ἔλεξεν,

---

[1] Ἀπολιπόντας] Reſpicit ἄνδρας ſeu στρατιώτας voculâ τὴν, cum intellecto nomine τάξιν, comprehenſos. Vide p. 471. n. 3.

[2] Ἐπὶ τῷ μέσῳ &c.] MS. Eton. ἐπὶ τὸ μέσον &c. ut modò ſuprà ἐπὶ τὰ δεξιὰ &c. Sed cùm mox ſequatur ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ, nihil hic mutandum. Cæterùm, ἐχώρισεν ἕπεσθαι delenda putat *Muretus*. Cujus viri docti ſeverioris ſanè critices alibi non pauca vidimus ſpecimina. Adi ſis p. 474. n. 4. & p. 488. n. 1. & p. 485. n. 5.

[3] Τὸ νάπος.] Vide p. 311. n. 3.

[4] Ἐπὶ τὸ ἡγούμενον.] Lege p. 155. n. 3.

[5] Καὶ τάχα] Sic MS. Eton. & edit. principes. Legitur & καὶ ταχύ. Sed vocibus poëticis uti amat Noſter. Vide p. 366. n. 4.

[6] Ἐδύνατο] Edit. *Steph.* habet ἐδυνάτο, operarum, opinor, vitio.

[7] Οὐκ εἴη ἄξιον ὂν &c.] Hæc mihi quidem ſatis ſana videtur ſcriptura: cui tamen *Steph.* præfert lectionem hanc — ὅτι βουλῆς οὐκ ἄξιον, ἢ οὖν διαβατέον ἐστὶν ἢ τὸ νάπος· quam & MS. Eton. repræſentat, niſi quòd particula ἢ ante οὖν in eo deſit. *Muret.* aliam excogitavit, nimirum hanc, ὅτι βουλῆς ἄξιον, εἰ δεῖ διαβαίνειν &c.

“Ἀλλ' ἴστε μέν με, ὦ ἄνδρες, οὐδένα πω κίνδυνον[2] προξενήσαντα
“ὑμῖν ἐθελούσιον· οὐ γὰρ δόξης ὁρῶ δεομένους ὑμᾶς εἰς
“ἀνδρειότητα, ἀλλὰ σωτηρίας. Νῦν δὲ οὕτως ἔχει· ἀμαχεὶ μὲν
“ἐνθένδε οὐκ ἔστιν ἀπελθεῖν· ἢν γὰρ μὴ ἡμεῖς ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους,
“οὗτοι ἡμῖν, ὅταν ἀπίωμεν, ἕψονται καὶ ἐπιπεσοῦνται.
“[3] Ὁρᾶτε δὴ πότερον κρεῖττον ἰέναι[4] ἐπὶ τοὺς ἄνδρας προβαλλομένους
“τὰ ὅπλα, ἢ μεταβαλλομένους, ὄπισθεν ἡμῶν ἐπιόντας τοὺς
“πολεμίους θεάσασθαι. Ἴστε γε μέντοι ὅτι τὸ μὲν ἀπιέναι ἀπὸ πολεμίων,
“οὐδενὶ καλῷ ἔοικε· τὸ δὲ ἐφέπεσθαι, καὶ τοῖς κακίοσι θάρρος
“ἐμποιεῖ. Ἔγωγ' οὖν ἥδιον ἂν σὺν ἡμίσεσιν ἐποίμην, ἢ σὺν
“διπλασίοις ἀποχωροίην. Καὶ τούτους οἶδ' ὅτι ἐπιόντων μὲν ἡμῶν

fore negat ſaltum ejuſmodi tranſire. Et ſermone feſtinanter ſuſcepto Xenophon inquit,

“Nôſtis certè, viri, me voluntate meâ nullius unquam vobis
“periculi auctorem extitiſſe: nec enim ad fortitudinem gloriâ
“vobis opus eſſe video, ſed incolumitate. Jam verò ſic ſe res
“habet: ſine prælio ſanè hinc diſcedere non licet; nam niſi nos
“in hoſtes pergamus, ſequentur illi nos & invadent, cùm *hinc*
“abierimus. Conſiderate verò utrùm ſatius *ſit* in viros pergere
“obverſis *in eos* armis, an *ab eis* averſis, hoſtes ponè nos invadentes
“ſpectare. *Hoc* certè quidem nôſtis ab hoſtibus *utique*
“diſcedere nihil honeſti præ ſe ferre; at *eoſdem* inſequi, etiam
“ignavioribus animos addere. Ego quidem certè libentiùs *hoſtes*
“dimidiis cum *copiis* ſequerer, quàm cum duplo majoribus *ab iis*
“ſecederem. Novi etiam nè vos quidem ſperare fore ut, nobis

---

[1] Ὑπολαβὼν ἔλεξεν.] Reſpice p. 194. n. 3.

[2] Προξενήσαντα] Similiter προξενεῖ ſonat αἴτιος τοῦ τοῦδε γίνεσθαι, apud *Ælian.* l. 13. c. 33. —τίς προξενήσειεν αὐτῇ, ἐς τίνα &c. Atque ità ferè *Sophocl.* in *Oed. Col.* v. 478. Ὦ φίλταθ', ὡς νῦν πᾶν τελοῦντι προξένει. *Schol.* Προξένει] Λέγε μοι καὶ πάρεχε τὰ χρεῖά μοι.

[3] Ὁρᾶτε δὴ] Sic MS. Eton. & edit. *Steph.* aliorúmque. Legitur & Ὁρᾶτε δὲ &c.

[4] Ἐπὶ τοὺς ἄνδρας] Vide p. 468. n. 3.

“ οὐδ' ὑμεῖς [1] ἐλπίζετε δέξασθαι ἡμᾶς· ἀπιόντων δὲ, πάντες
“ ἐπιστάμεθα ὅτι τολμήσουσιν ἐφέπεσθαι. Τὸ δὲ διαβάντας,
“ ὄπισθεν νάπος χαλεπὸν ποιήσασθαι, μέλλοντας μάχεσθαι,
“ ἆρ' οὐχὶ καὶ [2] ἁρπάσαι ἄξιον; Τοῖς μὲν γὰρ πολεμίοις
“ ἔγωγε [3] βουλοίμην ἂν εὔπορα πάντα φαίνεσθαι, ὥστε ἀπο-
“ χωρεῖν· ἡμᾶς δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ χωρίου δεῖ διδάσκεσθαι ὅτι
“ οὐκ ἔστι μὴ νικῶσι σωτηρία. Θαυμάζω δ' ἔγωγε, καὶ τὸ νά-
“ πος τοῦτο εἴ τις μᾶλλον φοβερὸν νομίζει εἶναι τῶν ἄλλων, ὧν

“ *in eos* invadentibus, illi nos ſuſtineant; at verò ſi recedamus,
“ ſcimus omnes fore ut perſequi *nos* audeant. Ut autem, *eum*
“ ubi tranſierint, ſaltum impeditum à tergo relinquant ii, qui
“ pugnaturi ſunt, annon dignum *id eſt* quod etiam avidè arri-
“ piant? Velim equidem hoſtibus, quò diſcedant, omnia pera-
“ gratu facilia videri: nos ab ipſo loco doceri oportet, ſalutem
“ nobis, niſi vincamus, minimè *ſperandam* eſſe. At ego ſanè miror,
“ ſi quis ſaltum hunc formidoloſiorem eſſe putat aliis, quæ pera-

---

[1] Ἐλπίζετε] *Phavor.* Ἐλπισμὸς, οὐ μόνον ἐπ' ἀγαθῷ, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος ἐκδοχῇ λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς. Latini ſic ferè uſi ſunt verbo *ſpero*. Virgil. *Æneïd.* l 4. v. 419.

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,
Et &c. Adde l. 1. v. 547. Sic & *Metel.* ad *Cicer* epiſt. fam. l. 5. ep. 1. *Te tam mobili in me meóſque eſſe animo non ſperabam.* Confer p. 221. n. 4. Porrò, MS. Eton. habet ἐλπίζετε αὐτοὺς δέξασθαι &c. nec malè: cùm Noſtro perquam gratus ſit hujuſmodi pleonaſmus. Vide ſis p. 429. n. 4.

[2] Ἁρπάσαι] Hujus verbi vim rectè expoſuit Cl. *Raphel.* ad Philip. II. 6. Ἁρπάζειν, ait vir doctus, non tantùm ſignificat alienum vi auferre, ſed etiam quod nobis offertur gratúmque accidit, id expetendum atque optabile exiſtimare, cupidéque & ambabus, quod aiunt, manibus amplecti, eóque cum gaudio uti. Exemplum huic ſimile reperitur etiam apud Noſtrum, libel. Περὶ Ἱππικ. ferè medio: — ἰδὼν ἂν ὅτι θαυμάσειεν, ὡς ἁρπάζει τὸν χαλινὸν &c. Eodem fermè ſenſu apud Latinos interdum venit *rapio*; nempe pro avidè & feſtinanter ſumo. *Cicero* de Orat. l. 3. c. 40. ad Ennianos illos
— *Vive Ulyſſes, dum licet:*
Oculis poſtremum lumen radiatum rape.
non dixit, *cape*; non, *pete*: haberet enim moram ſperantis diutiùs eſſe ſeſe victurum; ſed, *rape*. Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat, — *dum licet.*

[3] Βουλοίμην ἂν εὔπορα] Legitur in MSto Eton. & vet. quibuſdam edit. βουλοίμην ἀνεύπορα παντάπασι φαίνεσθαι, &c. In edit. etiam *Steph.* & *Leuncl.* — ἀνεύπορα πάντα φαίνεσθαι &c. Sed rectè tandem *Stephanus* in annotationibus ſcripſit, πάντα φαίνεσθαι in antiquis exemplaribus reperiri; atque adeò pro βουλοίμην ἀνεύπορα reponendum eſſe βουλοίμην ἂν εὔπορα. Cuperet enim, inquit, hoſtes ἀποχωρεῖν: quod eſſent facturi, ſi omnia eſſe εὔπορα exiſtimarent, non autem ſi ἀνεύπορα. Receptam lectionem in interpretationibus ſuis ſequuti ſunt *Amaſ.* vet. Gall. auctor & *Leuncl.*

« διαπεπορεύμεθα χωρίων. [1] Πῶς μὲν γὰρ οὐ δυσδιάβατον τὸ χωρίον, εἰ μὴ νικήσομεν τοὺς ἱππέας; πῶς δὲ ἃ διεληλύθαμεν ὄρη, ἢν πελτασταὶ τοσοίδε ἐφέπωνται; Ἢν δὲ δὴ καὶ σωθῶμεν ἐπὶ θάλατταν, [2] πόσον τι νάπος ὁ Πόντος; ἔνθα οὔτε πλοῖά ἐστι τὰ ἀπάξοντα, οὔτε σῖτος ᾧ θρεψόμεθα μένοντες· δεήσει δὲ, ἂν θᾶττον [3] ἐκεῖ γενώμεθα, θᾶττον ἐξιέναι πάλιν ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια. Οὐκοῦν νῦν κρεῖττον ἠριστηκότας μάχεσθαι, ἢ αὔριον [4] ἀναρίστους. Ἄνδρες, τά τε ἱερὰ ἡμῖν καλὰ, οἵ τε [5] οἰωνοὶ αἴσιοι, [6] τά τε

“ gravimus, locis. Nam quî fieri poterit, ut locus *hic* non ſit tranſitu difficilis, ſi equites non vicerimus? quî fieri poterit, *ut non ſint tranſitu difficiles*, quos *jam* ſuperavimus montes, ſi tot peltaſtæ *nos* inſequantur? Quòd ſi quidem ſalvi etiam ad mare perveniamus, quantus *tandem* ſaltus *ipſe* Pontus *eſt*? ubi neque ſunt navigia quæ *nos* avehant, neque frumentum quo alamur, *iſthic* ſi manſerimus: &, ſi protinùs eò pervenerimus, illicò rursùm ad parandum commeatum exeundum erit. Quamobrem melius *eſt* nos modò pranſos dimicare, quàm cras impranſos. *Sunt*, viri, nobis & exta læta, & auguria felicia,

---

[1] Πῶς μὲν γὰρ οὐ δυσδιάβατον] Vox hæc in lexicis deeſt; in quibus & aliam huic cognatam, nempe δυσπάριτος, quæ reperitur ſupra l. 1. p. 51. fruſtrà quæſiverit aliquis. Cæterùm, plerique libri locum hunc ſic repræſentant, Πῶς μὲν δυσδιάβατον &c. Sed rectè *Steph.* negativam particulam οὐ nomini δυσδιάβατον præfigi debere monuit: ut ſit (verba ſunt ejuſdem viri eruditi) Πῶς μὲν γὰρ οὐ δυσδιάβατον. Nam Πῶς οὐ δυσδιάβατον perinde eſt, ac ſi citra interrogationem diceret, Πάντως γὰρ δυσδιάβατον. Præterea, mox legendum, — ἢν πελτασταὶ τοσοίδε ἐφέπωνται; & ſubaudiendum οὐ δυσδιάβατα: ut ſit, πῶς δ' οὐ δυσδιάβατα ἃ διεληλύθαμεν ὄρη, ἢν πελτασταὶ &c. Sed quorſum de jam ſuperatis montibus mentio? Hoc certè videtur innuere velle, eos, niſi viam ſibi vi facere velint, retrogredientes, hoſtibus ſibi à tergo relictis, iter difficile relegere coactum iri, & montes ægrè alioqui jam ſuperatos, nunc inſequentibus tot hoſtibus, nullâ ratione ſuperatum iri.

[2] Πόσον τι] Eleganter orationi ſic ſolet inſeri particula hæc. Suprà p. 482. καὶ χιλίων τι πλέον &c. Adde p. 455. n. 1. *Æſchin.* dial. 2. ſect. 10. ἀλλά τι μᾶλλον &c. atque alibi paſſim.

[3] Ἐκεῖ γενώμεθα,] Lege p. 413. n. 4.

[4] Ἀναρίστους] Vide p. 274. n. 4.

[5] Οἰωνοὶ αἴσιοι,] Reſpicere videtur αἰετὸν αἴσιον, cujus meminit p. 486. ubi vide n. 4.

[6] Τά τε σφάγια] Adi p. 290. n. 3.

"σφάγια κάλλιστα. [1] Ἴωμεν ἐπὶ τοὺς ἄνδρας. Οὐ δεῖ ἔτι τούτους, ἐπεὶ ἡμᾶς πάντως εἶδον, ἡδέως δειπνῆσαι, οὐδ᾽ ὅπου ἂν ἐθέλωσι σκηνῆσαι."

[2] Ἐντεῦθεν οἱ λοχαγοὶ ἡγεῖσθαι ἐκέλευον, καὶ οὐδεὶς ἀντέλεγε. [3] Καὶ ὃς ἡγεῖτο, παραγγείλας διαβαίνειν [4] ᾗ ἕκαστος ἐτύγχανε τῆς νάπης ὤν. Θᾶττον γὰρ ἂν ἀθρόον ἐδόκει οὕτω πέραν γενέσθαι τὸ στράτευμα, ἢ εἰ κατὰ τὴν γέφυραν, ἣ ἐπὶ τῇ νάπῃ ἦν, [5] ἐξεμηρύοντο. Ἐπεὶ δὲ διέβησαν, παριὼν παρὰ τὴν φάλαγγα, ἔλεγεν, "Ἄνδρες, "ἀναμιμνήσκεσθε ὅσας δὴ μάχας σὺν τοῖς θεοῖς [6] ὁμόσε ἰόντες νενικήκατε, καὶ οἷα πάσχουσιν οἱ πολεμίους φεύγοντες· "καὶ τοῦτ᾽ ἐννοήσατε, ὅτι [7] ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς Ἑλλάδος ἐσμέν.

"& hoſtiæ pulcherrimæ. Pergamus adverſùs homines. Non "jam par eſt eos, poſteaquam nos conſpexêrunt omnes, jucundè cœnare, vel quo velint loco habere tabernacula."

Mox deinde cohortium præfecti ut *ipſos in hoſtes* duceret hortati ſunt, neque contradicebat quiſquam. Itaque ducebat *eos* ille, cùm denuntiâſſet ut quam ad ſaltûs partem fortè eſſet quilibet, illàc tranſiret. Nam celeriùs *ei* videbantur ultra *ſaltum* hoc pacto confertæ evaſuræ copiæ, quàm ſi ad pontem, qui erat in ſaltu, explicarentur. Cùm *jam* tranſiiſſent, juxta phalangem progreſſus, "Revocate vobis, viri, in memoriam, inquit, quot "utique præliis *hoſtes* ope deorum, cùm manus conſereretis, "viceritis, & cujuſmodi ſubeant mala, qui hoſtes fugiunt: "hoc etiam cogitate, nos *utique* ad Græciæ *jam* eſſe portas.

---

[1] Ἴωμεν ἐπὶ τοὺς &c.] Feſtinantem concitatúmque pulchrè depingit oratio ἀσύνδετος. Vide ſis p. 244. n. 2. & p. 468. n. 3.

[2] Ἐντεῦθεν] Inſpice p. 480. n. 3.

[3] Καὶ ὃς] Conſule p. 371. n. 1.

[4] Διαβαίνειν ᾗ &c.] Supple μερίδι. Adi p. 319. n. 1.

[5] Ἐξεμηρύοντο] In lexicis ſine auctore reperitur. *Suidas*: Ἐκμηρυσάμενος· ἐξελίξας, ἐκτείνας· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν μηρυομένων, i. e. *per tranſlationem à filis, quæ è colo deducuntur.* Cæterùm, cum hoc verbo intelligas oportet ἄνδρας vel στρατιώτας, ex voce φάλαγγα petendi. Vide p. 471. n. 3.

[6] Ὁμόσε ἰόντες] Conf. p. 388. n. 3.

[7] Ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς &c.] Similiter *Philoſtrat.* de vitâ *Apoll. Tyan.* l. 8. c. 15. καὶ ἐπὶ θύραις εἰσὶ τῆς Ἤλιδος, &c. Quâ de phraſi lege quæ ſcripſit Clar. *Lamb. Bos* Animadv. ad Script. Græc. c. 9.

“[1] Ἀλλ' ἕπεσθε [2] Ἡγεμόνι τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἀλλήλους παρακα-
“λεῖτε ὀνομαστί. [3] Ἡδύ τοι ἀνδρεῖόν τι καὶ καλὸν νῦν εἰπόντα
“καὶ ποιήσαντα, μνήμην ἐν οἷς ἐθέλει παρέχειν ἑαυτοῦ.”

Ταῦτα [4] παρελαύνων ἔλεγε, καὶ ἅμα [5] ὑφηγεῖτο φάλαγγος, καὶ τοὺς πελταστὰς ἑκατέρωθεν [6] ποιησάμενος ἐπορεύετο ἐπὶ τοὺς πολεμίους. [7] Παρηγγέλλετο δὲ, τὰ δόρατα ἐπὶ τὸν δεξιὸν ὦμον ἔχειν, ἕως [8] σημαίνοι τῇ σάλπιγγι· ἔπειτα δὲ [9] εἰς προσβολὴν καθέντας ἕπεσθαι βάδην,

“Verùm age ducem Herculem ſequimini, ac vos mutuò nomi-
“natim cohortamini. Jucundum ſanè *eſt* nunc *aliquem* virile
“ac præclarum aliquid loquutum & exſecutum apud quos velit
“memoriam ſui excitare.”

Hæc *copias* prætervehens loquutus eſt, ſimúlque ducem phalangi ſe præſtitit, & peltaſtis utrinque diſpoſitis in hoſtes pergebat. Mandatum etiam erat, ut haſtas humero dextro geſtarent, donec tubâ ſignum dederit *tubicen*: deinde verò, cùm *eas* ad oppugnationem *hoſtium* demiſerint, pedetentim ſequerentur,

---

[1] Ἀλλ' ἕπεσθε] Reſpice p. 60. n. 1.

[2] Ἡγεμόνι τῷ Ἡρακλεῖ,] Hunc ſuprà p. 463. de ratione expeditionis ſuæ ſe conſuluiſſe ſcribit Noſter: ubi vide n. 3. Herculem autem diis iſtis, quibus mortales in periculum & diſcrimen vocati curæ erant, paſſim adnumerant auctores. *Euripid.* Herc. fur. v. 1252. audit

Εὐεργέτης βροτοῖσι, καὶ μέγας φίλος.

Ariſtid. orat. Tom. 1. pag. 34. edit. Oxon. αἱ δ' ἐπωνυμίαι, Καλλίνικός τε καὶ Ἀλεξίκακος. ὁ δὲ μόνῳ θεῶν, ὅδ' ἐν τοῖς ἀκρίτοις δίδωσι ſcil. *Herculi.* Erat etiam eorum in primis ἡγεμὼν, qui in expeditionem aliquam milites eduxerant. Hinc *Artemidor.* Oneirocr. l. 2. c. 42. eum vocat ἀγαθὸν τοῖς ἐπὶ ἀγῶνα — ἢ μάλιστα ἐπὶ στρατευομένοις. Vide ſis quæ eruditiſſ. *Huet.* de eo collegit *Demonſt. Evang.* p. 191 & ſeq. edit. tert. Pariſ.

[3] Ἡδύ τοι] Legitur etiam ἡδὺ δὲ & ἡδὺ τὸ νῦν ὄν. Sed edit. principes rectè exhibent ἡδύ τοι. Hæc autem particula, licèt aliàs dici ſoleat expletiva, ſonat hoc utique loco, *ſanè, verò, quidem.*

[4] Παρελαύνων] Quod paulò ſuprà his verbis expreſſit, παρελαύνων τὴν φάλαγγα.

[5] Ὑφηγεῖτο] Adi p. 279. n. 1.

[6] Ποιησάμενος ἐπορεύετο.] Sic rectiùs, opinor, ex conjecturâ *Leuncl.* ſcripſeris. Vulgò, ποιησάμενοι ἐπορεύοντο: quæ minùs benè cum ὑφηγεῖτο conjungi videntur.

[7] Παρηγγέλλετο δὲ, τὰ &c.] Conſule ſis quæ ad *Ælian.* Tact. notavit *Arcerius* p. 151.

[8] Σημαίνοι] Vide p. 364. n. 6.

[9] Εἰς προσβολὴν] In MSto Eton. atque editis nonnullis ἐς προσβολὴν reperire eſt: quæ & *Stephano* & *Arcerio,* loco cit. placuit ſcriptura. At recepta mihi quidem huc quadrare videtur. *Thucyd.* l. 4. c. 12. — αὐτὸς τὸ [illegible] — ὁ [illegible] τῆς προσβολῆς [illegible]. *Schol.* Τῆς προσβολῆς] ἀντὶ τοῦ τῆς μάχης.

καὶ μηδένα δρόμῳ διώκειν. Εκ τούτου [1] σύνθημα παρῄει, ΖΕΥΣ ΣΩΤΗΡ, ΗΡΑΚΛΗΣ ΗΓΕΜΩΝ. Οἱ δὲ πολέμιοι ὑπέμενον, νομίζοντες καλὸν ἔχειν τὸ χωρίον. Επεὶ δὲ ἐπλησίαζον, [2] ἀλαλάξαντες οἱ Ελληνες πελτασταὶ ἔθεον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, πρὶν τινὰ κελεύειν· οἱ δὲ πολέμιοι ἀντίοι ὥρμησαν, οἵ τε ἱππεῖς καὶ [3] τὸ σίφος τῶν Βιθυνῶν· [4] καὶ τρέπονται τοὺς πελταστὰς [5] ἅμα. Επεὶ δὲ [6] ὑπηντίαζεν ἡ φάλαγξ τῶν ὁπλιτῶν [7] ταχὺ πορευομένη, καὶ ἅμα [8] ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο, [9] καὶ ἐπαιάνιζον, καὶ μετὰ ταῦτα ἠλάλαζον, καὶ ἅμα τὰ δόρατα καθίεσαν· ἐνταῦθα οὐκέτι ἐδέξαντο οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἔφευγον. Καὶ Τιμασίων μὲν ἔχων τοὺς ἱππεῖς ἐφείπετο, καὶ ἀπεκτίννυσαν ὅσους περ ἐδύναντο, ὡς ὀλίγοι ὄντες. Τῶν δὲ πολεμίων

ac nemo *eos* curſu inſequeretur. Poſt hæc teſſera *per aciem* ibat, JUPITER SERVATOR, HERCULES DUX. Hoſtes autem, quòd locum *ſe* commodum tenere putarent, ſubſiſtebant. At cùm propiùs *ad eos* accederent, Græci peltaſtæ clamore ſublato in hoſtes curſu tendebant, priuſquam *eos* quiſquam juberet: ac hoſtes ex adverſo irruerunt, tum equites tum Bithynorum globus; ſimúlque peltaſtas in fugam vertunt. Verùm ubi gravis armaturæ militum phalanx celeriter pergens occurrebat, ſimúlque tuba ſonuit, & pæana canebant, & ſecundùm hæc clamorem lætum tollebant, ſimúlque haſtas demiſerunt; tum *ſanè* non ampliùs impetum ſuſtinuerunt hoſtes, ſed fugæ ſe dabant. Et Timaſion quidem *eos* cum equitibus inſequebatur, ac quotcunque poterant, pauci utique qui eſſent, occiderunt. Et ſiniſtrum qui-

---

[1] Σύνθημα παρῄει &c.] Vide p. 82. n. 4. p. 349. n. 6. p. 463. n. 3. & p. præced. n. 2.

[2] Ἀλαλάξαντες οἱ &c.] Reſpice p. 275. n. 4.

[3] Τὸ σίφος] MS. Eton. & libri quidam typis impreſſi dant τὸ στῖφος. Sed hæ voces invicem ſæpè permutantur. Vide ſis p. 472. n. 6.

[4] Καὶ τρέπονται &c.] Vide p. 466. n. 1.

[5] Ἅμα] In MSto Eton. malè deeſt. Eandem itidem voculam in fine ſententiæ poſitam videre eſt *Thucyd.* l. 1. c. 85. παρασκευάζεσθε δὲ τὸν πόλεμον ἅμα.

[6] Ὑπηντίαζεν] Scil. *ſuis in fugam conjectis.*

[7] Ταχὺ πορευομένη.] Hanc tamen *βάδην* ſequi ex juſſu oportebat. Cum hoc loco conferas velim p. 528. n. 2.

[8] Η σάλπιγξ ἐφθέγξατο.] Vide p. 275. n. 3.

[9] Καὶ ἐπαιάνιζον.] Adi p. 365. n. 4.

[1] τὸ μὲν εὐώνυμον εὐθὺς διεσπάρη, [2] καθ' ὃ οἱ Ἕλληνες ἱππεῖς ἦσαν· τὸ δὲ δεξιὸν, ἅτε οὐ σφόδρα διωκόμενον, ἐπὶ λόφου συνέστη. Ἐπεὶ δὲ εἶδον οἱ Ἕλληνες ὑπομένοντας αὐτοὺς, ἐδόκει ῥᾷστόν τε καὶ ἀκινδυνότατον εἶναι ἰέναι [3] ἤδη ἐπ' αὐτούς. Παιανίσαντες οὖν, εὐθὺς ἐπορεύοντο· οἱ δ' οὐχ ὑπέμειναν. Καὶ ἐνταῦθα οἱ πελτασταὶ ἐδίωκον, μέχρι τὸ δεξιὸν [4] αὖ διεσπάρη· [5] ἀπέθανον δ' ὀλίγοι· [6] τὸ γὰρ ἱππικὸν φόβον παρεῖχε, τὸ τῶν πολεμίων, πολὺ ὄν. Ἐπεὶ δὲ εἶδον οἱ Ἕλληνες τό, τε Φαρναβάζου ἱππικὸν ἔτι συνεστηκὸς, καὶ τοὺς Βιθυνοὺς ἱππέας πρὸς τοῦτο συναθροιζομένους, καὶ ἀπὸ λόφου τινὸς καταθεωμένους τὰ γιγνόμενα, [7] ἀπειρήκεσαν μὲν, ὅμως δ' ἐδόκει καὶ ἐπὶ τούτους ἰτέον εἶναι οὕτως, ὅπως δύναιντο, ὡς

dem hoſtium *cornu*, cui Græci equites oppoſiti fuerant, ſtatim eſt diſſipatum: at dextrum, utpote quod non valdè perſequentibus premebatur, in colle *quodam* conſtitit. Cùm verò Græci eos ſubſiſtere viderent, tum facillimum videbatur eſſe, tum periculo maximè vacuum in eos jam ire. Itaque cùm pæana ceciniſſent, continuò pergebant; at illi non ſubſtiterunt. Atque ibi tum peltaſtæ *eos* perſequebantur, donec dextrum etiam *cornu* diſſiparetur: interfecti autem erant pauci *tantùm*; nam equeſtres hoſtium copiæ, quæ multæ eſſent, *Græcis* metum incutiebant. At cùm Græci viderent tum Pharnabazi equitatum adhuc conſiſtere, tum Bithynos equites ad eos congregari, déque colle quodam quæ fiebant *omnia* ſpectare, labore *quanquam* erant defatigati, tamen in hos etiam ità, uti poſſent, eundum eſſe viſum eſt, ut μὴ τεθαῤῥηκότες ἀναπαύσαιντο. Συνταξάμενοι δὴ πορεύονται. [1] Εντεῦθεν οἱ πολέμιοι ἱππεῖς φεύγουσι [2] κατὰ τοῦ πρανοῦς, ὁμοίως ὥσπερ ὑπὸ ἱππέων διωκόμενοι· νάπος γὰρ αὐτοὺς ὑπεδέχετο, [3] ὃ οὐκ ᾔδεισαν οἱ Ελληνες, ἀλλὰ προαπετράποντο διώκοντες· [4] ὀψία γὰρ ἦν. Επανελθόντες δὲ ἔνθα δὴ ἡ πρώτη συμβολὴ ἐγένετο, [5] στησάμενοι τρόπαιον, ἀπῄεσαν ἐπὶ θάλατταν περὶ ἡλίου δυσμάς· στάδιοι γὰρ ἦσαν ὡς ἑξήκοντα ἐπὶ τὸ στρατόπεδον.

---

[1] Τὸ μὲν εὐώνυμον] Supple κέρας, quod mox cum δεξιὸν itidem intelligendum, atque alias paſſim.

[2] Καθ' ὃ &c.] Vide p. 85. n. 4.

[3] Ἤδη] In MSto Eton. deeſt: in quo etiam pro ἐπορεύοντο, quod mox ſequitur, ἐπέκειντο legitur. Sed nec delendum quid, nec mutandum videtur.

[4] Αὖ διεσπάρη] MS. Eton. particulam non agnoſcit. Vide ſis p. 108. n. 2. Idem MS. necnon edit. quædam pro διεσπάρη dant διεσπάσθη. Perperam.

[5] Ἀπέθανον δ' ὀλίγοι] Vide p. 275. n. 5.

[6] Τὸ γὰρ ἱππικὸν] Vide p. 8. n. 1.

[7] Ἀπειρήκεσαν] Vide p. 353. n. 4.

[6] Εντεῦθεν οἱ μὲν πολέμιοι εἶχον ἀμφὶ τὰ ἑαυτῶν, καὶ ἀπήγοντο τοὺς οἰκέτας καὶ τὰ χρήματα [7] ὅπη ἐδύναντο προσωτάτω· οἱ δὲ Ελληνες [8] ἀνέμενον μὲν Κλέανδρον, καὶ [9] τὰς τριήρεις, καὶ τὰ πλοῖα, ὡς ἥξοντα· ἐξιόντες δὲ ἑκάστης ἡμέρας σὺν τοῖς ὑποζυγίοις καὶ τοῖς

nè ſumptâ fiduciâ requieſcerent. Itaque inſtructi *in eos* tendunt. Mox deinde hoſtiles equites per *locum* declivem fugiunt, ſimiliter ac ſi equitibus *ipſos* inſequentibus urgerentur: nam ſaltus eos excipiebat, quod ignorabant Græci; anteà autem à perſequendo ſeſe converterant; nam ſerum erat *diei*. Cùm verò illum ad locum rediiſſent ubi primus fuerat congreſſus, ſtatuto tropæo, circa ſolis occaſum ad mare diſceſſerunt; ſtadia enim ferè ſexaginta erant *iis*, *priuſquam* in caſtra *pervenirent*, *conficienda*.

Exin hoſtes in rebus ſuis *curandis* erant occupati, ac domeſticos & facultates *ſuas* quò poterant longiſſimè abducebant: at Græci Cleandrum, & triremes, & navigia expectabant, tanquam *mox* ventura: quotidiè autem cum jumentis & mancipiis exeunἀνδραπόδοις, ἐφέροντο ἀδεῶς ἤδη πυροὺς, κριθὰς, οἶνον, ὄσπρια, μελίνας, σῦκα· [1] πάντα γὰρ εἶχεν ἡ χώρα, πλὴν ἐλαίας. Καὶ ὁπότε μὲν [2] καταμένοι τὸ στράτευμα ἀναπαυόμενον, ἐξῆν ἐπὶ λείαν ἰέναι· καὶ ἐλάμβανον ἐξιόντες· ὁπότε δ' ἐξίοι πᾶν τὸ στράτευμα, εἴ τις χωρὶς ἀπελθὼν λάβοι τι, [3] δημόσιον ἔδοξεν εἶναι. Ηδη δὲ ἦν πολλὴ πάντων ἀφθονία· [4] καὶ γὰρ ἀγοραὶ πάντοθεν ἀφικνοῦντο ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, καὶ οἱ παραπλέοντες ἄσμενοι [5] κατῆγον, ἀκούοντες ὡς οἰκίζοιτο πόλις, καὶ λιμὴν εἴη. [6] Επεμπον δὲ καὶ οἱ πολέμιοι ἤδη πλησίον οἰκοῦντες πρὸς Ξενοφῶντα, ἀκούοντες ὅτι οὗτος πολίζει τὸ χωρίον, ἐρωτῶντες ὅ, τι δέοι ποιοῦντας φίλους εἶναι. Ο δ' ἐπεδείκνυεν αὐτοὺς τοῖς στρατιώταις. Κἀν

---

[1] Ἐντεῦθεν] Vide p. 480. n. 3.

[2] Κατὰ τοῦ πρανοῦς.] Vide p. 352. n. 1.

[3] Ὃ οὐκ ᾔδεισαν] Rectiùs forſan ſcripſeris ὃ οὐκ ᾔδεσαν *quem non ingreſſi ſunt.*

[4] Ὀψία] Intellige δείλη vel ὥρα. Integrè dicitur *Thucyd.* l. 8. c. 26. περὶ δείλην ἤδη ὀψίαν, *&c.* Et Marc. XI. 11. ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, *&c.* ubi ὥρα partem diei ſeu tempus generatim ſignificat.

[5] Στησάμενοι τρόπαιον,] Conſule p. 328. n. 4.

[6] Ἐντεῦθεν] Valet hic utique ἐν τούτῳ. Vide p. 389. n. 1.

[7] Ὅπη ἐδύναντο &c.] Scribendum cenſuit *Steph.* ὅπῃ ἐδύναντο *&c.* Ipſe nihil mutaverim.

[8] Ἀνέμενον μὲν &c.] Reſpice p. 481. n. 4. MS. Eton. dat περιέμενον. Malè.

[9] Τὰς τριήρεις, καὶ τὰ πλοῖα,] Vide p. 37. n. 5. & p. 72. n. 1.

tes, abſque metu jam triticum, hordeum, vinum, legumina, panicum, ficos reportabant: nam regio *hæc* omnium ferax erat, præterquam olei. Et quo quidem tempore exercitus *in caſtris* quieſcendi causâ remanebat, licebat *aliquibus* ad prædam ire; & qui exierant *prædam* capiebant: cùm verò univerſæ copiæ exibant, ſi quis ſeorſum *à cæteris aliquò* digreſſus quid caperet, *id* publicum eſſe *iis* videbatur. Jam verò magna *rerum* omnium *ipſis* erat copia: nam commeatus undique de Græcis urbibus veniebant, & qui *loca illa* prætervehebantur, libenter *illuc naves* adpellebant, quòd audîerant urbem *ibi* ſtatui, & *ei* portum adeſſe. Quin etiam hoſtes jam, qui prope *locum* habitabant, ad Xenophontem mittebant, quòd audîerant eum oppidum eo loco condere, qui interrogarent quid ipſis faciendum eſſet ut in amicitiam reciperentur. Eos ille militibus oſtendebat. Intereà τούτῳ Κλέανδρος ἀφικνεῖται, δύο [1] τριήρεις ἔχων, πλοῖον δ' οὐδέν. [2] Ἐτύγχανε δὲ τότε στράτευμα ἔξω ὄν, ὅτε ἀφίκετο, καὶ ἐπὶ λείαν [3] τινὲς οἰχόμενοι, ἄλλοι εἰς τὸ ὄρος· καὶ εἰλήφεσαν πρόβατα πολλά· ὀκνοῦντες δὲ μὴ ἀφαιρεθεῖεν, [4] τῷ Δεξίππῳ λέγουσιν, (ὃς ἀπέδρα [5] τὴν πεντηκόντορον ἔχων ἐκ Τραπεζοῦντος) καὶ κελεύουσι διασώσαντα τὰ πρόβατα, τὰ μὲν αὐτὸν λαβεῖν, τὰ δὲ σφίσιν αὐτοῖς ἀποδοῦναι.

---

[1] Πάντα γὰρ εἶχεν &c.] MS. Eton. & edit. quædam vet. exhibent ἅπαντα γὰρ ἀγαθὰ εἶχε, πλὴν &c. omiſſis ἡ χώρα. Malim lectionem vulgatam retinere.

[2] Καταμένοι] Verbi auctorem neſciunt Lexicogr. quo tamen Noſter ter ſuprà pag. 410 uſus eſt.

[3] Δημόσιον ἔδοξεν εἶναι.] Cujus ſemel iterùmque decreti meminit infra.

[4] Καὶ γὰρ ἀγοραὶ &c.] Vide p. 461. n. 1.

[5] Κατῆγον.] Hanc lectionem ex MSto Eton. reſtitui. Priùs edit. vet. quædam dedêre κατῆγον, *Steph.* & *Leuncl.* κατήγοντο. Cæterùm, plenè ſcripſeris κατῆγον τὰς ναῦς εἰς λιμένα. Vide p. 357. n. 6. Porrò, verbo, quod repoſuimus, Noſter uſus eſt p. 360. — πλοῖα, κατῆγον ἐπὶ τὸ &c.

[6] Ἔπεμπον] Vide p. 362. n. 7.

Εὐθὺς δ' ἐκεῖνος ἀπελαύνει τοὺς περιεστῶτας τῶν στρατιωτῶν, καὶ λέγοντας ὅτι δημόσια ταῦτ' εἴη· καὶ τῷ Κλεάνδρῳ εὐθὺς ἐλθὼν λέγει ὅτι ἁρπάζειν ἐπιχειροῦσιν. Ὁ δὲ κελεύει [6] τὸν ἁρπάζοντα ἄγειν πρὸς αὐτόν. Καὶ ὁ μὲν λαβὼν ἄγει τινά· περιτυχὼν δ' Ἀγασίας ἀφαιρεῖται· καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ

Cleander cum duabus *quidem* triremibus venit, ſed navigio nullo. Fortè verò eo, quo venit, tempore, exercitus *è caſtris* fuerat egreſſus, cùm ad prædam etiam abirent nonnulli, alii in montem *quendam:* ac multa *illi* pecora ceperant; *quæ* cùm veriti eſſent nè *ipſis* adimerentur, Dexippo *rem* exponunt, (qui è Trapezunte cum quinquaginta remorum navi aufugerat) atque *eum* hortantur ut, pecora tutatus, *eorum* ipſe partem ſumeret, partem ſibi ipſis reſtitueret.

Mox ille milites, qui circumſtabant, & pecora hæc publica dicebant, abigit: cúmque ad Cleandrum ſtatim acceſſiſſet, ait *milites hoſce* rapere *ea* adgredi. Ille raptorem ad ſe ducat adhortatur. Iſque adeò, quem ceperat, quendam ducit; *quem ei*, cùm ſuperveniſſet, Agaſias eripit: etenim is qui ducebatur unus ὁ ἀγόμενος [1] λοχίτης. Οἱ δὲ ἄλλοι οἱ παρόντες τῶν στρατιωτῶν ἐπιχειροῦσι [2] βάλλειν τὸν Δέξιππον, [3] ἀνακαλοῦντες τὸν προδότην. Ἔδεισαν δὲ [4] καὶ τῶν τριηριτῶν πολλοὶ, καὶ ἔφυγον εἰς τὴν θάλασσαν. Κλέανδρος δ' ἔφυγε. Ξενοφῶν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ κατεκώλυόν τε, καὶ τῷ Κλεάνδρῳ ἔλεγον ὅτι [5] οὐδὲν εἴη πρᾶγμα, [6] ἀλλὰ τὸ δόγμα εἴη αἴτιον, τὸ τοῦ στρατεύματος, ταῦτα γενέσθαι. Ὁ δὲ Κλέανδρος ὑπὸ τοῦ Δεξίππου τε ἀνερεθιζόμενος, καὶ αὐτὸς ἀχθεσθεὶς ὅτι ἐφοβήθη, ἀποπλευσεῖσθαι ἔφη, καὶ κηρύξειν, μηδεμίαν πόλιν δέχεσθαι, ὡς πολεμίους. [7] Ἦρχον δὲ τότε πάντων τῶν Ἑλλήνων οἱ Λακεδαιμόνιοι.

---

[1] Τριήρεις ἔχων, πλοῖον &c.] Adi p. 498. n. 9.

[2] Ἐτύγχανε δὲ τότε &c.] Quidam libri dant Ἐτύγχανε δὲ τὸ &c. Sed rectè Steph. maluit τότε.

[3] Τινὲς οἰχόμενοι, ἄλλοι &c.] Verba ſic rectè, opinor, repræſentat & diſtinguit edit. Steph. In aliis ſic ſe habent, — τινὲς οἰχόμενοι ἄλλοι εἰς &c. In MSto Eton. cui vet. quædam edit. accedunt, — τινὲς οἰχόμενοι, ἄλλοι εἰς &c. Cæterùm, Leuncl. ſic locum vertit, & ſurſum nonnulli prædatum ierant in montem, &c.

[4] Τῷ Δεξίππῳ &c.] De quo vide p. 359.

[5] Τὴν πεντηκόντορον] Adi p. 359. n. 4.

[6] Τὸν ἁρπάζοντα] Vide p. 340. n. 4.

erat ex ipſius cohorte. At cæteri qui aderant milites Dexippum petere *lapidibus* adgrediuntur, proditorem *eum* altâ voce adpellantes. Quin ex iis etiam multi, qui *huc* triremibus fuerant advecti, metu fuêre correpti, & ad mare fugerunt. Cleander *ipſe* quoque fugiebat. Xenophon autem cæteríque duces *eos* remorabantur, Cleandróque dicebant nihil eſſe periculi, ſed decretum exercitûs cauſam eſſe, cur hæc accidiſſent. At Cleander partim à Dexippo irritatus, partim gravatus quòd trepidâſſet, indè ſe navigaturum aiebat, ac per præcones denuntiaturum, nè qua civitas *eos*, ut qui hoſtes eſſent, exciperet. Eo autem tempore Lacedæmonii Græcis omnibus imperabant.

---

[1] *Λοχίτης.*] Ad vocem hanc *Sympſ.* tantùm citant Lexicogr.

[2] *Βάλλειν*] Scil. *Telis quibuslibet*, præcipuè verò *lapidibus*. Hâc de re ſic infrà Xenophon, [illegible] Vide p.22. n.3.

[3] *Ἀνακαλοῦντες τὸν προδότην.*] Sic Noſter K. II. p. 208. *ἀνακαλοῦντες τὸν προδότην &c.* De emphaſi articuli vide K. III. pag. 173. n. 1. Cæterùm, in MSto Eton. legitur *ἀνακαλοῦντες βάλλειν τὸν &c.* At *βάλλειν* inducendum videtur.

[4] *Καὶ τῶν τριηριτῶν*] *Amaſ.* & *Leuncl.* *τριηρῖται* vertuntur *remiges*: minùs, uti mihi quidem videtur, adcuratè. *Thucyd.* l.6. c.46. *καὶ ἰδίᾳ ξενίσεις ποιούμενοι τῶν τριηριτῶν, &c.* Schol. *Τῶν τριηριτῶν*] *Τῶν ἐν τριήρεσιν ἀφηγουμένων,*

[5] *Οὐδὲν εἴη πρᾶγμα.*] Quâ de phraſi ſic *Steph.* ad *Amaſ.* verſionem, Gallicè ad verbum, *Que ce n'eſtoit rien.* i.e. *Rem non eſſe hujuſmodi, à quâ periculum aliquod immineret.* Adi p.268. n.3.

[6] *Ἀλλὰ τὸ δόγμα* &c.] De quo vide pag. 499. n. 3.

[7] *Ἦρχον δὲ τότε* &c.] Vide p. 222. n. 7.

Ενταῦθα πονηρὸν ἐδόκει τὸ πρᾶγμα ἐκεῖνο εἶναι τοῖς Ελλησι, καὶ ἐδέοντο μὴ ποιεῖν ταῦτα. Ο δ' οὐκ ἂν ἄλλως ἔφη γενέσθαι, εἰ μή τις ἐκδώσει τὸν ἄρξαντα [1] βάλλειν καὶ τὸν ἀφελόμενον. Ην δὲ, ὃν ἐζήτει, Αγασίας, [2] διὰ τέλους φίλος τῷ Ξενοφῶντι· [3] ἐξ οὗ καὶ διέβαλεν αὐτὸν ὁ Δέξιππος. Εντεῦθεν, ἐπειδὴ ἀπορία ἦν, συνήγαγον τὸ στράτευμα οἱ ἄρχοντες· καὶ ἔνιοι μὲν αὐτῶν [4] παρ' ὀλίγον ἐποιοῦντο τὸν Κλέανδρον· τῷ δὲ Ξενοφῶντι οὐκ ἐδόκει [5] φαῦλον εἶναι τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ἀναστὰς ἔλεξεν,

"Ω ἄνδρες στρατιῶται, ἐμοὶ οὐ φαῦλον δοκεῖ εἶναι τὸ πρᾶγμα, "εἰ ἡμῖν οὕτως ἔχων τὴν γνώμην Κλέανδρος ἄπεισιν, ὥσπερ λέγει. "Εἰσὶ μὲν γὰρ ἤδη ἐγγὺς αἱ Ελληνίδες πόλεις· [6] τῆς δ' Ελλάδος Λα-"κεδαιμόνιοι προεστήκασιν· [7] ἱκανοὶ δέ εἰσι καὶ εἷς ἕκαστος Λακε-

Hic verò res ea Græcis videbatur eſſe pernicioſa, *eúmque adeò* rogabant hæc nè faceret. At is nequaquam aliter futurum aiebat, niſi quis eum qui primus *lapides* jeciſſet, *eúmque* qui *captum* eripuiſſet, dederet. Erat *is*, quem quærebat, Agaſias, Xenophonti ſemper amicus; quâ de cauſâ Dexippus illum criminatus eſt. Mox deinde, cùm *tam* difficilis eſſet rerum ſtatus, *viri* principes exercitum congregabant: ac eorum nonnulli Cleandrum parvi faciebant; at Xenophonti res minimè contemnenda videbatur: *is*que adeò cùm ſurrexiſſet orationem *hanc* habuit,

"Res mihi, milites, non nullius eſſe momenti videtur, ſi Cle-"ander erga nos ità, utì narrat, animatus diſcedat. Sunt enim "*à nobis* jam propè Græcæ urbes; & Lacedæmonii Græciæ "præſunt: è Lacedæmoniis autem quivis unus, quidquid vult,

---

[1] Βάλλειν] Vide p. 501. n. 2.

Cæterùm ejus ſapientiàm quænam ex illius actionibus non demonſtrant? qui ſic ſe erga patriam gerebat, ut cùm maximè alacri ad parendum aliis eſſet animo, amicos ſibi qui nullâ, *quo minùs ei adeſſent*, excuſatione uterentur, comparaverit: milites autem dicto ſimul audientes & ſui amantes reddidit. Atqui quonam pacto phalanx eſſe firmior poſſit, quàm ſi propter obedientiam ordinem ſervet, & propter amorem erga imperatorem fideliter *ei* præſtò ſit?

Porrò hoſtes habuit, *eum* qui vituperare non poterant, at qui odio habere cogebantur: ſemper enim *id* moliebatur, ut ſociorum melior eſſet quam illorum conditio, quippe quos dolis falleret, ubi tempus *iis utendum eſſe moneret*, & anteverteret ubi

---

antagoniſtâ, qui poſſet coronæ controverſiam facere, ad illum, qui ſe certamini pentathli potiſſimùm obtulerat, & ſine pulvere victor à præcone renuntiatus fuerat, haud dubiè pertinebat. Cæterùm, de verbo ſuo ſine nomine poſito vide K. A. p. 454. n. 1. & p. 543. n. 2.

1 Πειθόμενος ἑτέροις &c.] Reſpicit, opinor, auctor obſequium, quod magiſtratibus Spartanis, ex Aſiâ eum revocantibus, præſtitit Ageſilaus: quâ de re vide p. 25 & ſeq. Cæterùm, in MSto Harl. legitur πειθόμενος ἑτοίμοις &c. Sed has voces paſſim invicem eſſe permutatas jam ſuprà videre eſt p. 59. n. 5. *Stephanus* tamen Xenophontem ſcripſiſſe autumat πειθομένοις ἑτοίμοις &c. quam lectionem *Leuncl.* his verbis expreſſit, *ut cùm in primis benevolo eſſet in eos familiares animo, qui obſequi vellent, &c.* At cùm quivis ex ſcripturâ vulgatâ ſenſum ſatis commodum elicere queat, mihi nihil mutandum videtur.

2 Φάλαγξ ἢ &c.] Reponit *Steph.* ἢ ἡ διὰ &c.

3 Ἐξαπατῶν μὲν &c.] Reſpice p. 11. n. 2. & K. Π. p. 89 & ſeq.

4 Καιρὸς &c.] Vide p. 45. n. 6.

ὅπου τάχους δέοι, λήθων δὲ ὅπου τοῦτο συμφέροι, πάντα δὲ τἀναντία πρὸς τοὺς πολεμίους, ἢ πρὸς τοὺς φίλους ἐπιτηδεύων. Καὶ γὰρ νυκτὶ μὲν ὅσαπερ ἡμέρα ἐχρῆτο, ἡμέρα δὲ [1] ὅσαπερ νυκτί, πολλάκις ἄδηλος γιγνόμενος ὅπου τε εἴη, καὶ ὅποι ἴοι, καὶ ὅ,τι ποιήσοι· ὥστε καὶ [2] τὰ ἐχυρὰ ἀνώχυρα τοῖς ἐχθροῖς καθίστη, τὰ μὲν παριών, τὰ δὲ ὑπερβαίνων, τὰ δὲ [3] κλέπτων. [4] Ὁπότε γε μὴν πορεύοιτο, εἰδὼς ὅτι ἐξείη τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι, εἰ βούλοιντο, συντεταγμένον μὲν οὕτως ἦγε τὸ στράτευμα, ὡς ἂν ἐπικουρεῖν μάλιστα ἑαυτῷ δύναιτο, ἡσύχως δ' [5] ὥσπερ ἂν παρθένος ἡ σωφρονεστάτη προβαίνοι· νομίζων [6] ἐν τῷ τοιούτῳ τό,τε ἀτρεμὲς καὶ [7] ἀνεκπληκτότατον καὶ ἀθορυβητότατον καὶ ἀναμαρτητότατον καὶ

celeritate opus eſſet, cùm lateret etiam ubi hoc ex uſu foret, atque *adeò* omnia in hoſtes contraria, ac in amicos inſtitueret. Etenim nocte perinde ac die utebatur, die perinde ac nocte, cùm ſæpè ubi eſſet, & quò iret, & quid faceret, non conſtaret: adeò ut etiam munita *loca* redderet immunita, partim prætereundo, partim ſuperando, partim occupando furtim. Quoties autem iter faceret, quia ſciret hoſtibus pugnandi poteſtatem eſſe, ſi vellent, ità inſtructum ducebat exercitum, ut ſibi ipſi maximè opem ferre poſſet, placidéque perinde ut virgo pudiciſſima procederet: quippe qui exiſtimabat in ejuſmodi *ſuorum ordine* & quietem *eorum* & ſummam à terrore & tumultuatione & peccatis & inſidiis vaδυσεπιβουλευτότατον εἶναι. Τοιγαροῦν τοιαῦτα ποιῶν, τοῖς μὲν πολεμίοις δεινὸς ἦν, τοῖς δὲ φίλοις θάρσος καὶ ῥώμην ἐνεποίει· ὥστε [1] ἀκαταφρόνητος μὲν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν διετέλεσεν, ἀζήμιος δ' ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἄμεμπτος δὲ ὑπὸ τῶν φίλων, [2] πολυεραστότατος δὲ καὶ [3] πολυεπαινετώτατος ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων.

---

[1] Ὅσαπερ] *Phavor.* Ὅσα, Ἀττικῶς λέγεται ἀντὶ τοῦ ὅσον· φιλοῦσι γὰρ οἱ Ἀττικοὶ πληθυντικοῖς ἀντὶ ἑνικῶν χρῆσθαι. Reſpice p. 55. n. *6.*

[2] Τὰ ἐχυρὰ] Hanc lectionem exhibet MS. Harl. In libris hactenus editis reperitur τὰ ἰσχυρὰ &c.

[3] Κλέπτων.] Vide K. A p. 406. n. 3.

[4] Ὁπότε γε μὴν πορεύοιτο &c.] *Ariſtid.* T. 2. p. 510. Γλυκύτητα δὲ καὶ ἐν Ἀγησιλάῳ θαυμαστὴν ἐποίησεν, (Xenoph.) εἰπών· Ὁπότε γε μὴν πορεύοιτο, συντεταγμένον μὲν οὕτως ἦγε τὸ στράτευμα, ὡς ἂν ἐπικουρεῖν μάλιστα ἑαυτοῖς δύναιντο· (ſcrib. δύναιτο) εἶτα παράδειγμα ἐπήγαγεν, ὡς ἂν ἀφελὴς ἀνὴρ γλυκύτητα μετὰ σεμνότητος ἐμφαίνων· ἡσύχως δέ, ὥσπερ ἂν παρθένος ἡ σωφρονεστάτη προβαίνοι· &c.

[5] Ὥσπερ ἂν παρθένος &c.] Hic mihi ſatìs placet verborum ordo; at alium etiam exhibet *Ariſtid.* loco cit. nimirum hunc, ὥσπερ ἂν ἡ σωφρονεστάτη παρθένος. Sed cùm parum eo loco ſibi conſtare videatur rhetor, haud certè tanti faciendus eſt, ut ejus gratiâ exemplarium Xenophonteorum abjicienda ſit auctoritas.

[6] Ἐν τῷ τοιούτῳ] *Stil.* συντάγματι καὶ κινήματι.

[7] Ἀνεκπληκτότατον &c.] In lexicis reperiuntur ſine auctore ἀνέκπληκτος & ἀθορύβητος.

Ως γεμὴν φιλόπολις ἦν, καθ' ἓν μὲν ἕκαστον μακρὸν ἂν εἴη γράφειν· οἴομαι γὰρ οὐδὲν εἶναι τῶν πεπραγμένων αὐτῷ, ὅ,τι οὐκ εἰς τοῦτο συντείνει· ὡς δ' ἐν βραχεῖ εἰπεῖν, ἅπαντες ἐπιστάμεθα ὅτι Αγησίλαος ὅπου ᾤετο τὴν [4] πατρίδα ὠφελήσειν, οὐ πόνων ὑφίετο, οὐ κινδύνων ἀφίστατο, οὐ χρημάτων ἐφείδετο, [5] οὐ σῶμα, οὐ γῆρας προὐφασίζετο· ἀλλὰ καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ τοῦτο ἔργον ἐνόμιζε, τὸ τοὺς ἀρχομένους

cuitatem eſſe *ſitam*. Quare dum hæc faceret, hoſtibus quidem erat formidoloſus, at amicis fiduciam *animi*que robur addebat: adeò ut ſemper à contemptu inter hoſtes vacaret, inter cives multæ *omnis*, inter amicos vituperationis expers *ſemper eſſet*, ab omnibus autem hominibus longè amabiliſſimus & laude longè digniſſimus *haberetur*.

Cæterùm quàm civitatis *ſuæ* ſtudioſus fuerit, ſingulatim ſcribere longum fuerit: nihil enim eſſe arbitror ex iis quæ ab eo geſta erant, quod eò non tendat: ut verò brevi dicam, ſcimus omnes Ageſilaum, ubicunque ſe profuturum patriæ putaret, non labores ſubterfugiſſe, non à periculis receſſiſſe, non peperciſſe opibus, non corporis, non ſenectutis excuſatione uſum fuiſſe; quinimò regis hoc boni officium eſſe ducebat, ut quamplurimis ὡς πλεῖστα ἀγαθὰ ποιεῖν. Ἐν τοῖς μεγίστοις γὰρ ὠφελήμασι τῆς πατρίδος καὶ τόδε ἐγὼ τίθημι αὐτοῦ, ὅτι δυνατώτατος ὢν ἐν τῇ πόλει, φανερὸς ἦν μάλιστα τοῖς νόμοις λατρεύων. Τίς γὰρ ἂν ἠθέλησεν ἀπειθεῖν, ὁρῶν τὸν βασιλέα πειθόμενον; τίς δ' ἂν ἡγούμενος μειονεκτεῖν, νεώτερόν τι ἐπεχείρησε ποιεῖν, εἰδὼς τὸν βασιλέα νομίμως καὶ τὸ κρατεῖσθαι φέροντα; [1] ὃς καὶ πρὸς τοὺς διαφόρους ἐν τῇ πόλει, ὥσπερ πατὴρ πρὸς παῖδας, προσεφέρετο. Ἐλοιδορεῖτο μὲν γὰρ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν, ἐτίμα δ' εἴ τι καλὸν πράσσοιεν, παρίστατο δ' εἴ τις συμφορὰ συμβαίνοι· ἐχθρὸν μὲν οὐδένα ἡγούμενος πολίτην, ἐπαινεῖν δὲ πάντας ἐθέλων, σώζεσθαι γὰρ πάντας κέρδος νομίζων, ζημίαν γὰρ [2] τιθεὶς, εἰ καὶ ὁ μικροῦ ἄξιος ἀπόλοιτο. Εἰ δ' ἐν τοῖς νόμοις ἠρεμοῦντες διαμένοιεν, δῆλος ἦν εὐδαίμονα μὲν αἰεὶ ἔσεσθαι

---

[1] Ἀκαταφρόνητος] In *Conſtant*. Theſ. deeſt.

[2] Πολυεραστότατος] *J. Poll.* l. 3. ſegm. 72. — ἀξιέραστος, πολυέραστος, καὶ τὸ σύγκρισιν τὸ ὑπέρθετον. Hunc ſolum citant Lexicogr.

[3] Πολυεπαινετώτατος] Vocem hanc ex MSto Harl. repoſui. Vulgò ſcribitur πολυεπαινέτατος. Et hæc & illa vox Lexicogr. pariter eſt ignota.

[4] Πατρίδα ὠφελήσειν] MS. Harl. dat πατρίδα τι ὠφελήσειν &c.

[5] Οὐ σῶμα, &c.] Quale fuit Ageſilai corpus docet *C. Nep.* c. 8. *Atque hic tantus vir, ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, ſic maleficam nactus eſt in corpore fingendo. Nam & ſtaturâ fuit humili, & corpore exiguo, & claudus altero pede.* Adde *Plutarch.* in Ageſil. p. 596 & 616. & *Athen.* l. 14. c. 1.

beneficiis *ſibi* ſubjectos adficiat. In maximis autem commodis *quæ* patriæ *adtulit*, hoc etiam ejus *beneficium* ego pono, quòd cùm in civitate plurimum poſſet, maximè *tamen* legibus ſe ſervire declararet. Nam quis *tandem* obedientiam recuſare voluiſſet, cùm regem *eis* obtemperantem videret? quis, quòd deteriore ſe exiſtimaret eſſe conditione, novi aliquid moliri tentâſſet, cùm regem pati ſciret, ut ſibi etiam legitimè imperaretur? qui in illos etiam, qui *ab eo* in civitate diſſidebant, quemadmodum pater erga liberos, ſe gerebat. Nam de delictis *eos* objurgabat, honore adficiebat ſi quid præclari geſſiſſent, ferebat auxilium ſi qua accidiſſet calamitas; cùm civem nullum pro inimico haberet, omnes collaudare vellet, ſervari omnes pro lucro duceret, & *contrà* in damno poneret, ſi quis etiam parvi pretii *homo* periiſſet. Quòd ſi in legibus quieti permanerent, palàm erat eum patriam uſque

---

[1] Ος καὶ πρὸς τοὺς — προσεφέρετο] De phraſi vide K. A. p. 400. n. 3. ubi tamen caſus tertius verbo additur. Verùm & hujus conſtructionis exſtat exemplum apud *Iſocrat.* ad Nicocl. p. 33. edit. *Steph.* πρὸς γὰρ τοὺς πολίτας μετὰ τοιαύτης πρᾳότητος προσηνέχθην &c. Cæterùm, cum iis, quæ hoc loco memoriæ prodidit Noſter, conferenda ſunt quæ ſcripſit *Plutarch.* de Ageſil. p. 598.

[2] Τιθεὶς.] Similiter *pono* apud Latinos ſæpè ſonat *puto*, *habeo*, *exiſtimo*.

τὴν πατρίδα [1] λογιζόμενος, ἰσχυρὰν δὲ τότε, ὅταν οἱ Ελληνες σωφρονῶσιν.

Εἰ γεμὴν αὖ καλὸν [2] Ελληνα ὄντα φιλέλληνα εἶναι, τίνα τὶς εἶδεν ἄλλον στρατηγὸν ἢ πόλιν οὐκ ἐθέλοντα αἱρεῖν, ὅταν οἴηται πορθήσειν, ἢ συμφορὰν νομίζοντα τὸ νικᾶν ἐν τῷ πρὸς Ελληνας πολέμῳ; Ἐκεῖνος τοίνυν, ἀγγελίας μὲν ἐλθούσης αὐτῷ, ὡς ἐν τῇ [3] ἐν Κορίνθῳ μάχῃ ὀκτὼ μὲν Λακεδαιμονίων, [4] ἐγγὺς δὲ τῶν πολεμίων μύριοι τεθναῖεν, οὐκ ἐφησθεὶς φανερὸς ἐγένετο, ἀλλ' εἶπεν ἄρα, Φεῦ ὦ Ελλὰς, ὁπότε οἱ νῦν τεθνηκότες ἱκανοὶ ἦσαν ζῶντες νικᾶν μαχόμενοι πάντας βαρβά-

beatam fore cenſuiſſe, tum verò potentem, quandocunque Græci frugi eſſent.

Si porrò præclarum *eſt* Græcum *hominem* Græci nominis eſſe ſtudioſum, quem quis alium vidit ducem, qui vel urbem capere nollet, cùm eam ſe vaſtaturum putaret, vel pro calamitate duceret, in bello adverſùs Græcos *geſto* victoriâ potiri? Ageſilaus quidem certè, cùm nuntius ei veniſſet, in pugnâ Corinthi *commiſſâ* de Lacedæmoniis quidem octo *duntaxat*, hoſtium verò propemodum decem millia interiiſſe, clarè ſignificabat nullam indè ſe lætitiam percepiſſe, verùm, Heu Græcia, aiebat utique, cùm qui nunc interierunt, vivi barbaros omnes prælio vincere potuiſ-

---

[1] *Λογιζόμενος,*] Adi K. Π. p. 69. n. 1.

[2] *Ελληνα ὄντα*] Vide K. A. p. 580. n. 2.

[3] *Ἐν Κορίνθῳ μάχῃ ὀκτὼ* &c.] Supple *μόνοι* utì ſuprà p. 62. n. 2.

[4] *Ἐγγὺς δὲ τῶν πολεμίων* &c.] Sic locus eſt ſupplendus: vulgò ſcribitur *ἐγγὺς δὲ μύριοι* &c. *τῶν πολεμίων* perperam omiſſis. Lectionem certè receptam ſuo in exemplari inveniſſe videtur *Philelph.* & res ipſa poſtulat. *C. Nep.* in Ageſil. c. 5. *Hîc* (apud Corinthum) *cùm unâ pugnâ decem millia hoſtium, Ageſilao duce, cecidiſſent; eóque facto opes adverſariorum* &c. ubi vide quæ notavit *Boſius.* Plutarch. T. 1. p. 604. *καὶ τοῦτο ἴσως ἐπ' Ἀγησιλάῳ ἂν εἴη, ὃς πυθόμενος μάχην μεγάλην γεγονέναι περὶ Κόρινθον, καὶ ἄνδρας τῶν πάνυ ἐνδόξων ὡς ἔτι μάλιστα αἰφνίδιον ἀπολωλέναι, καὶ Σπαρτιατῶν μὲν ὀλίγους παντάπασι τεθνηκέναι, παμπόλλους δὲ τῶν πολεμίων, οὐκ ὤφθη περιχαρὴς οὐδ' ἐπηρμένος· ἀλλὰ καὶ πάνυ βαρὺ στενάξας, Φεῦ τῆς Ἑλλάδος, ἔφη, τοσούτους ἄνδρας ἀπολωλεκυίας ὑφ' αὑτῆς, ὅσοι ζῶντες ἐδύναντο νικᾶν ὁμοῦ σύμπαντας τοὺς βαρβάρους μαχόμενοι.* Idem T. 2. p. 211. *Πυθόμενος δὲ μάχην γεγονέναι περὶ Κόρινθον, καὶ Σπαρτιατῶν μὲν παντάπασιν ὀλίγους τεθνάναι, Κορινθίων δὲ καὶ Ἀθηναίων καὶ τῶν ἄλλων συμμαχησάντων αὐτοῖς παμπόλλους,* &c. Cæterùm, *Leuncl.* *μύριοι* malè reddidit *innumeros.* Nam cùm *ἀορίστως* accipitur vox, ſcribi ſolet *μυρίοι*: at *μύριοι* valet *decies mille.* Ipſum autem numerum hunc finitum expreſſit *C. Nep.* loc. proximè cit. Vide K. A. p. 122. n. 1.

ρεις. Κορινθίων γε μὴν τῶν φευγόντων λεγόντων ὅτι [1] ἐνδιδοῖτο αὐτοῖς ἡ πόλις, καὶ μηχανὰς ἐπιδεικνύντων, αἷς πάντες ἤλπιζον ἑλεῖν τὰ τείχη, οὐκ ἤθελε προσβάλλειν, λέγων ὅτι οὐκ ἀνδραποδίζεσθαι δέοι Ελληνίδας πόλεις, ἀλλὰ σωφρονίζειν· εἰ δὲ τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἔφη, ἡμῶν αὐτῶν ἀφανιοῦμεν, [2] ὁρᾷν χρὴ μὴ οὐδ᾽ [3] ἔχωμεν μεθ᾽ ὅτου τῶν βαρβάρων κρατήσομεν. [4] Εἰ δ᾽ αὖ καλὸν καὶ [5] μισοπέρσην εἶναι, ὅτι καὶ [6] ὁ πάλαι ἐξεστράτευσεν [7] ὡς δουλωσόμενος τὴν Ελλάδα, καὶ [8] ὁ νῦν συμμαχεῖ μὲν τούτοις, μεθ᾽ ὁποτέρων ἂν οἴηται μείζω βλάψειν, δωρεῖται δ᾽ ἐκείνοις οὓς ἂν νομίζῃ λαβόντας πλεῖστα κακὰ τοὺς Ελληνας ποιήσειν,

ſent. Cùm autem exules Corinthii dicerent civitatem ipſis ſe dedere velle, ac machinas oſtenderent, quibus mœnia ſe capturos ſperabant omnes, *eam* adoriri noluit, aiens civitates Græcas non eſſe in ſervitutem redigendas, ſed ad ſanam mentem reducendas: quòd ſi eos, inquit, qui ex noſtrûm ipſorum numero *aliquid* delinquant, è medio ſuſtulerimus, videndum eſt nè quo barbaros ſuperemus non habeamus. Rurſus ſi præclarum *eſt* Perſam odio proſequi, propterea quòd is, qui olim *ſummi imperii potitus eſt*, exercitum eduxerat *eo conſilio* ut Græciam in ſervitutem redigeret, & qui nunc *rerum potitur*, auxilium fert iis, quibuſcum *conjunctus* majora ſe damna *ei* illaturum exiſtimet, munera dat illis, quos putet iis acceptis plurima Græcis detrimenta illaturos, εἰρήνην δὲ συμπεραίνῃ, ἐξ ἧς ἂν ἡγῆται μάλιστ' ἂν ἡμᾶς ἀλλήλοις πολεμήσειν, (ὁρῶσι μὲν δὴ ἅπαντες ταῦτα) ἐπεμελήθη δέ τις ἄλλος πώποτε πλὴν Αγησίλαος, ἢ [1] ὅπως τι φῦλον ἀποστήσεται τοῦ Πέρσου, ἢ ὅπως τὸ ἀποστὰν μὴ ἀπόληται, ἢ τὸ παράπαν ὡς καὶ βασιλεὺς κακὰ ἔχων μὴ δύνηται τοῖς Ελλησι πράγματα παρέχειν; ὃς καὶ πολεμούσης τῆς πατρίδος πρὸς Ελληνας, ὅμως τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ τῇ Ελλάδι οὐκ ἠμέλησεν, ἀλλ' ἐξέπλευσεν ὅ,τι δύναιτο κακὸν ποιήσων τὸν βάρβαρον.

---

[1] Ἐνδιδοῖτο &c.] *C. Nep.* loco cit. *Idem* (Ageſilaus) *cùm adverſarios intrà mœnia compuliſſet, & ut Corinthum oppugnaret, multi hortarentur; negavit id ſuæ virtuti convenire: ſe enim eum eſſe dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui urbes nobiliſſimas expugnaret Græciæ. Nam ſi &c.* De verbo illo vide ſuprà p. 40. n. 6.

[2] Ορᾷν] Sic & *video* uſurpatur Latinis.

[3] Εχωμεν] MS. Harl. ἕξομεν &c.

[4] Εἰ δ᾽ αὖ] *Steph.* reponendum cenſet Εἴη δ᾽ αὖ καλὸν &c. quâ lectione vulgatam ipſe non mutaverim.

[5] Μισοπέρσην] In lexicis deeſt. Similiter ſuprà Noſter p. 49. adhibuit φιλέλληνα & μισέλληνα. Μισοπέρσης autem *regis* eſt in primis oſor; quippe ὁ Πέρσης ille Noſtro paſſim dicitur, κατ᾽ ἐξοχήν.

[6] Ο πάλαι &c.] *Scil.* Xerxes; de quo conſulendi in primis *Herodot.* l. 7. c. 11 & ſeq. & *Diodor. Sic.* l. 11. Olymp. 75. anno primo, p. 1 & ſeq. Vide ſis K. A. p. 210. n. 6.

[7] Ως δουλωσόμενος τὴν &c.] Sic locum ex MSto Harl. reſtitui. Vulgò legitur ὡς δουλωσόμενος, καὶ ὁ &c. omiſſis τὴν Ελλάδα.

[8] Ο νῦν] *Scil.* Artaxerxes, de quo ſuprà p. 5. n. 4.

Αλλὰ μὴν ἄξιόν γε αὐτοῦ καὶ τὸ εὔχαρι μὴ σιωπᾶσθαι· ᾧ γε ὑπαρχούσης μὲν τιμῆς, [2] παρούσης δὲ δυνάμεως, πρὸς δὲ τούτοις βασιλείας, καὶ ταύτης οὐκ ἐπιβουλευομένης, ἀλλ' ἀγαπωμένης, τὸ μὲν μεγάλαυχον οὐκ ἂν εἶδέ τις, τὸ δὲ φιλόστοργον, [3] καὶ θεραπευτικὸν τῶν φίλων, καὶ μὴ ζητῶν κατενόησεν ἄν. Καὶ

paci conficiendæ operam adcommodat, ex quâ noſmet inter nos maximè bellum geſturos cenſeat; (hæc quidem certè vident omnes) quis alius unquam, præterquam Ageſilaus, curam adhibuit vel ut natio aliqua à Perſâ deficeret, vel ut quæ defeciſſet non periret, vel omnino ut rex malis preſſus Græcis negotium faceſſere non poſſet? qui patriâ etiam *ſuâ* bellum adversùs Græcos gerente, nihilominùs communem Græciæ utilitatem non neglexit, ſed *domo* enavigavit barbarum pro viribus ſuis malè multaturus.

At verò eſt operæ certè pretium ſuavitatem etiam ejus *ingenii* non ſilentio præterire; *in quo*, cùm honore ſanè potiretur & potentiâ, regno prætereà, eóque non inſidiis petito, ſed *ab omnibus* adprobato, jactantiæ indicia nemo videre potuit, at ingenium ad ſuos diligendos propenſum, & amicos colendi ſtudium, *quivis* etiam aliud agens animadvertere potuiſſet. Quinμὴν μετεῖχε μὲν ἥδιστα [1] παιδικῶν λόγων, συνεσπούδαζε δὲ πᾶν ὅ,τι δέοι φίλοις· διὰ δὲ τὸ [2] εὔελπις καὶ εὔθυμος καὶ ἀεὶ ἱλαρὸς εἶναι, πολλοὺς ἐποίει μὴ τοῦ διαπράξασθαί τι μόνον ἕνεκα πλησιάζειν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἥδιον διημερεύειν. Ηκιστα δ' ὢν [3] οἷος μεγαληγορεῖν, ὅμως τῶν ἐπαινούντων αὑτοὺς οὐ βαρέως ἤκουεν, ἡγούμενος βλάπτειν οὐδὲν αὐτοὺς, ὑπισχνεῖσθαι δὲ ἄνδρας ἀγαθοὺς ἔσεσθαι.

---

[1] Οπως τι φῦλον] MS. Harl. ὅπως φῦλόν τι &c.

[2] Παρούσης] Ità MS. Harl. & edit. *Steph.* & *Leuncl.* In *Ald.* & *Flor.* aliiſque legitur hic quoque ὑπαρχούσης &c.

[3] Καὶ θεραπευτικὸν τῶν φίλων,] *Plutarch.* T. 1. p. 598. οὐδὲν γὰρ ᾤετο τῶν φιλικῶν ὑπουργημάτων αἰσχρὸν εἶναι. Adde ejuſd. T. 2 p. 807.

Αλλὰ μὴν καὶ τῇ [4] μεγαλογνωμοσύνῃ γε ὡς εὐκαίρως ἐχρῆτο, οὐ παραλειπτέον. [5] Εκεῖνος γὰρ, ὅτ' ἦλθεν αὐτῷ ἐπιστολὴ παρὰ

etiam cum *ſuis* libentiſſimè ſermones habebat puerilem ſimplicitatem præ ſe ferentes, & operam cum amicis in rebus quibuſcunque opus eſſet diligenter navabat: & quia bonâ ſpe plenus, alacri animo & hilaris ſemper erat, efficiebat ut multi *ad eum* familiariter accederent, non tantùm ut aliquid impetrarent, ſed utì jucundiùs diem traducerent. Cùm autem minimè is eſſet qui *ſe* jactaret, nihilominùs haud gravatim audiebat *eos* qui ſeipſos laudarent, quòd eos nihil injurii facere putaret, & polliceri ſtrenuos *ſe* viros futuros.

Cæterùm nec *id* omittendum, quàm opportunè animi ſanè magnitudine uti ſoleret. Ille enim, cùm à rege ei veniſſet epi-

---

[1] Παιδικῶν λόγων,] *Philelph.* intelligit *doctos eruditóſque ſermones*: Leuncl. *verba de amoribus*: uterque, opinor, perperam. Ipſe mallim *ſermones ejuſmodi, quos pueri inter ſe habere ſolent.* Hunc vocum iſtarum ſenſum fuſiùs expoſitum videre eſt K. II. p. 54. n. 2. Eundem ſtabiliunt etiam ea, quæ de Ageſilai indole ſcripſerunt alii. *Plutarch.* T. 2. p. 213. Φιλοτεκνότατος δ' ὢν διαφερόντως λέγεται ὅτι μικροῖς τοῖς παιδίοις κάλαμον περιβεβηκὼς, ὥσπερ ἵππον, οἴκοι συνέπαιζεν. *Ælian.* V. H. l. 12. c. 15. Αγησίλαος δὲ, κάλαμον περιβὰς, ἵππευε μετὰ τοῦ υἱοῦ παιδὸς ὄντος, καὶ &c. Vide ſis K. A. p. 173. n. 3. & *Plutarch.* T. 2. p. 237.

[2] Εὔελπις καὶ εὔθυμος &c.] *Plutarch.* in Ageſil. p. 596. ἡ δὲ ἱλαρότης καὶ τὸ εὔθυμον ἐν ἅπαντι καιρῷ καὶ παιγνιῶδες, ἀχθεινὸν δὲ καὶ τραχὺ μηδέποτε, μήτε φωνῇ μήτε ὄψει, τῶν καλῶν καὶ ἀρχαίων ἐρασμιώτερον αὐτὸν ἄχρι γήρως παρεῖχεν.

[3] Οἷος μεγαληγορεῖν] Vide ſis K. A p. 137. n. 1.

[4] Μεγαλογνωμοσύνῃ] In lexicis reperitur ſine auctore. Adi ſis *Ælian.* H. V. l. 4. c. 16.

[5] Εκεῖνος γὰρ, ὅτ' &c.] *Plutarch.* T. 2. p. 213. Επιστολῆς δὲ αὐτῷ παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως κομισθείσης, τῆς εἰρήνης γενομένης, ἣν ὁ μετὰ Καλλίου τοῦ Λακεδαιμονίου Πέρσης ἤνεγκε, περὶ ξενίας καὶ φιλίας, οὐκ ἔλαβεν, εἰπὼν ἀπαγγεῖλαι βασιλεῖ ὡς ἰδίᾳ μὲν πρὸς αὐτὸν οὐδὲν δεῖ ἐπιστολὰς πέμπειν· ἂν δὲ φίλος &c. Xenophontéis ſimilia. *Ælian.* H. V. l. 10. c. 20. Οτι ὁ Πέρσης ἐπέστειλε πρὸς Αγησίλαον, φίλον αὐτὸν ἔχειν. Αντεπέστειλε δὲ Αγησίλαος ὅτι οὐ δυνατὸν φίλον αὐτὸν Αγησιλάου ἰδίᾳ εἶναι· ἐὰν δὲ ᾖ Λακεδαιμονίοις κοινῇ φίλος, δῆλον ὅτι καὶ αὐτοῦ ἔσται.

[1] βασιλέως, ἣν ὁ μετὰ Καλλία τοῦ Λακεδαιμονίου Πέρσης ἤνεγκε [2] περὶ ξενίας τε καὶ φιλίας αὐτοῦ, ταύτην μὲν οὐκ ἐδέξατο, τῷ δὲ φέροντι [3] εἶπεν ἀπαγγεῖλαι βασιλεῖ, ὡς ἰδίᾳ μὲν πρὸς αὐτὸν οὐδὲν δέοι ἐπιστολὰς πέμπειν· ἢν δὲ φίλος τῇ Λακεδαίμονι καὶ τῇ Ελλάδι εὔνους ὢν φαίνηται, ὅτι καὶ αὐτὸς φίλος ἀνὰ κράτος αὐτῷ ἔσοιτο· ἢν μέντοι, ἔφη, ἐπιβουλεύων ἁλίσκηται, μηδ᾽ ἂν πάνυ πολλὰς ἐπιστολὰς δέχωμαι, φίλον [4] ἕξειν με οἰέσθω. Εγὼ οὖν καὶ τοῦτο ἐπαινῶ Αγησιλάου, τὸ, πρὸς τὸ ἀρέσκειν τοῖς Ελλησιν, ὑπεριδεῖν τὴν βασιλέως ξενίαν. Αγαμαι δὲ κἀκεῖνο ὅτι οὐχ ὁπότερος πλείω τε χρήματα ἔχει καὶ πλειόνων ἄρχει, [5] τούτῳ ἡγήσατο μεῖζον φρονητέον εἶναι, ἀλλ᾽ ὁπότερος αὐτός τε ἀμείνων εἴη καὶ ἀμεινόνων ἡγοῖτο. Επαινῶ δὲ κἀκεῖνο τῆς προνοίας αὐτοῦ, ὅτι νομίζων ἀγαθὸν τῇ Ελλάδι ἀφίστασθαι τοῦ βασιλέως

ſtola, quam is Perſa, *qui* cum Calliâ *erat* Lacedæmonio, adtulerat de hoſpitio atque amicitiâ ejus *perſcriptam*, eam non accepit, ſed illum qui *eandem* adtulerat, regi renuntiare juſſit, nihil opus eſſe epiſtolas ad ſe privatim mittere; quòd ſi Lacedæmoni ſe amicum & Græciæ benevolum declararet, ipſum quoque ei pro virili parte amicum futurum: verùm ſi deprehenſus fuerit, ait, inſidiis ſtruendis occupatus, nè ſe, etiamſi epiſtolas admodum multas *ab eo* acceperim, amicum me habiturum exiſtimet. Igitur hoc etiam Ageſilai *factum* laudo, quòd, ut Græcis placeret, hoſpitium regis aſpernatus ſit. Illud quoque admiror, quòd non uter plures haberet pecunias ac pluribus imperaret, ei majores ſpiritus gerendos eſſe arbitraretur, ſed *ei*, qui tum ipſe melior eſſet tum melioribus præeſſet. Prætereà & illud providentiæ ipſius *exemplum* laudo, quòd, cùm Græciæ utile duceret, quamplu-

---

[1] Βασιλέως] Vide K. A. p. 406. n. 2.

[2] Περὶ ξενίας] Vide K. Π. p. 431. n. 1.

[3] Εἶπεν] Reſpice p. 20. n. 2.

[4] Ἕξειν με] Sic MS. Harl. edit. *Ald. Flor.* & *Steph.* In aliis libris perperam legitur ἕξειν μὲν & ἕξει ἐμὲ &c.

[5] Τούτῳ] Sic rectè edit. *Steph.* Aliæ dant τοῦτο &c.

ὡς πλείστους [1] σατράπας, οὐκ ἐκρατήθη οὔθ' ὑπὸ δώρων οὔθ' ὑπὸ τῆς βασιλέως ῥώμης, [2] ἐθελῆσαι ξενωθῆναι αὐτῷ· ἀλλ' ἐφυλάξατο μὴ ἄπιστος γενέσθαι τοῖς ἀφίστασθαι βουλομένοις. Ἐκεῖνο γε μὴν αὐτοῦ τίς οὐκ ἂν ἀγασθείη; ὁ μὲν γὰρ Πέρσης, νομίζων, ἢν χρήματα πλεῖστα ἔχῃ, πάνθ' ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσεσθαι, διὰ τοῦτο πᾶν μὲν τὸ ἐν ἀνθρώποις χρυσίον, πᾶν δὲ τὸ ἀργύριον, πάντα δὲ τὰ πολυτελέστατα, ἐπειρᾶτο πρὸς ἑαυτὸν ἀθροίζειν· [3] ὁ δὲ οὕτως [4] ἀντεσκευάσατο τὸν οἶκον, ὥστε τούτων μηδενὸς προσδεῖσθαι. Εἰ δέ τις ταῦτα ἀπιστεῖ, ἰδέτω μὲν οἵα οἰκία ἤρκει αὐτῷ, θεάσθω δὲ τὰς θύρας αὐτοῦ· εἰκάσειε γὰρ ἄν τις ἔτι ταύτας ἐκείνας εἶναι, [5] ἅσπερ Ἀριστόδημος ὁ Ἡρακλέους, ὅτε

rimos à rege ſatrapas deficere, non vel muneribus vel potentiâ regis fuerit victus, ut ei hoſpitio jungi vellet; ſed caverit nè is fieret cujus illis, qui *à rege* deficere vellent, ſuſpecta eſſet fides. Quis illud porrò in ipſo non miretur? Perſa utique, propterea quòd arbitraretur, ſi plurimas haberet pecunias, omnia ſe ſuam in poteſtatem redacturum, idcircò quidquid *eſſet* inter homines auri, quidquid argenti, quidquid maximi pretii rerum, id totum ad ſe cogere conabatur; at ille contrà domum ſuam ſic inſtruebat, ut horum nullo egeret. Quòd ſi quis hæc fide minus digna putet, *is velim* adſpiciat qualis ei domus ſuffecerit, fores etiam ejus intueatur: nam ſuſpicari quis poſſit has adhuc illas *ipſas* eſſe, quas Ariſtodemus ab Hercule *oriundus*, cùm *Spar-*

---

[1] Σατράπας] Conſule Diſſertat. II. K.II. præmiſ. p. 51.

[2] Ἐθελῆσαι ξενωθῆναι &c.] Verti ſolent, quaſi legeretur — ὥστε ἐθελῆσαι &c. Rectiùs forſan ſcripſeris ἐθελήσαντος — ut referatur ad βασιλέως. De ξενωθῆναι vide K. A. p. 609. n. 1.

[3] Ὁ δὲ] *Scil.* Ageſilaus.

[4] Ἀντεσκευάσατο &c.] In lexicis deeſt. Confer *C. Nep.* in Ageſil. c. 7.

[5] Ἅσπερ Ἀριστόδημος ὁ Ἡρακλέους, &c.] *Plutarch.* in Ageſil. p. 606. — τὰ πάτρια τιμῶν καὶ στέργων, οὐ δεῖπνον ἤλλαξεν, οὐ λουτρὸν, οὐ θεραπείαν γυναικὸς, οὐχ ὅπλων κόσμον, οὐκ οἰκίας κατασκευὴν, ἀλλὰ καὶ τὰς θύρας ἀφῆκεν οὕτως οὔσας σφόδρα παλαιὰς, ὡς δοκεῖν εἶναι ταύτας ἐκείνας, ἃς ἐπέθηκεν Ἀριστόδημος. Plerique ſanè tradunt auctores, Ariſtodemum è vitâ (alii alio modo) jam migrâſſe, priuſquam Heraclidæ Peloponneſum, quâ modò potiti fuerant, inter ſe dividebant. Hâc tamen de re *Herodot.* l. 6. c. 52. Λακεδαιμόνιοι γὰρ, ſcribit, ὁμολογέοντες οὐδενὶ ποιητῇ, λέγουσι αὐτὸν Ἀριστόδημον, τὸν Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, βασιλεύοντα, ἀγαγεῖν σφέας ἐς

[1] κατῆλθε, λαβὼν ἐπεστήσατο· πειράσθω δὲ θεάσασθαι τὴν ἔνδον κατασκευήν· ἐννοησάτω δὲ [2] ὡς ἐθοίναζεν ἐν ταῖς θυσίαις· ἀκουσάτω δὲ ὡς [3] ἐπὶ πολιτικοῦ κανάθρου [4] κατῄει εἰς Ἀμύ-

tam rediit, ſumptas ſtatuerit: conetur *idem* domeſticam ſupellectilem ſpectare; atque *ipſe* ſecum cogitet quo pacto in ſacrificiis epularetur; audiat eum ad Amyclas in canathro civico de-

---

ἐς ταύτην τὴν χώρην, τὴν νῦν ἐκτέαται, ἀλλ' ἢ τοὺς Ἀριστοδήμου παῖδας. Et *V. Patercul.* l. 1. c. 2. *duces recuperandi imperii* (*ſcil.* Peloponneſi) *fuêre*, *Temenus*, *Creſphontes*, *Ariſtodemus*, *quorum atavus fuerat*, ſcil. *Hercules*. De tempore autem deſcenſûs Heraclidarum in Peloponneſum variant chronologi: quem ſi, ex mente doctiſſ. *Simſon.* anno ante Chriſtum 1102. ponas; jam inter eum & annum, quo regnum obtinuit Ageſilaus, *ſcil.* ante Chriſtum 398, annorum 704. intervallum interjectum invenies. Cæterùm, falluntur interpretes, qui Ariſtodemum hunc Herculis *filium* adpellent. Hercules utique Hyllum genuit; Hyllus, Cleodæum; Cleodæus, Ariſtomachum; hic, Ariſtodemum. Exhibet illud ſtemma *Herodot.* l. 8. c. 131. Quare non υἱὸς hoc loco, ut aliàs ſæpiſſimè, ſed ἀπόγονος vel ἔκγονος, per ellipſin ſupprimitur. Adde *Meurſ.* de Regno Lacedæm. c. 6 & ſeq.

1 Κατῆλθε] Supple, εἰς Πελοπόννησον: uti ferè *Diodor. Sic.* l. 4. p. 261. & *Apollodor.* l. 2. c. 8. *Phavorin.* Κατῆλθον — ἀντὶ τοῦ ἐπανεληλύθειν ὡς πολλαχοῦ, ἢ ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς ἦλθον. Ἀττικοὶ μέντοι καὶ τὸν φυγάδα εἰς τὴν πατρίδα νοστοῦντα λέγουσιν, ἐπεὶ ἡ πατρὶς ὑψηλότερα οἷα τις λιμήν ἐστι. Græciâ autem Heraclidas aliquamdiu exulâſſe notiſſimum. Vide *Diodor. Sic.* l. 4. p. 260 & ſeq. *Herodot.* l. 9. c. 26. & *Apollodor.* l. 2. c. 8.

2 Ὡς ἐθοίναζεν ἐν &c.] De victûs ratione à Lycurgo inſtitutâ ſic Noſter, Λακεδαιμ. Πολ. haud ità longè ab init. Λυκοῦργος τοίνυν παραλαβὼν τοὺς Σπαρτιάτας, ὥσπερ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, οἴκοι σκηνοῦντας, γνοὺς ἐν τούτοις πλεῖστα ῥᾳδιουργεῖσθαι, εἰς φανερὸν ἐξήγαγε τὰ συσκήνια· οὕτως ἡγούμενος ἥκιστ' ἂν παραβαίνεσθαι τὰ προστεταγμένα. Conſule *Archæol. Gr.* l. 4. c. 17. At quoties ſacra faciebant Græci veteres, luxuriæ, peractis tandem iis, nonnihil indulgere ſolebant. Huc ſpectant *Athenæi* verba, l. 2. c. 3. Σέλευκος δέ φησι, τὸ παλαιὸν οὐκ εἶναι ἔθος οὔτ' οἶνον ἐπὶ πλεῖον οὔτ' ἄλλην ἡδυπάθειαν προσφέρεσθαι, μὴ θεῶν ἕνεκα τοῦτο δρῶντας· διὸ καὶ θοίνας, καὶ θαλίας, καὶ μέθας ὠνόμαζον· τὰς μὲν, ὅτι διὰ θεοὺς οἰνοῦσθαι δεῖν ὑπελάμβανον· τὰς δ', ὅτι θεῶν χάριν ἠθροίζοντο καὶ συνῄεσαν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, δαῖτα θάλειαν· τὸ δὲ μεθύειν φησὶν Ἀριστοτέλης, τὸ μετὰ τὸ θύειν αὐτοῖς χρῆσθαι. Idem ejuſd. l. c. 2. Ἐπίχαρμος δέ φησι, Ἐκ μὲν θυσίας, θοίνη· ἐκ δὲ θοίνης, πόσις ἐγένετο. Eum verò ſe ſemper præbuit Ageſilaus, cujus nè tunc quidem in victu temperantiam quiſquam deſideraret. Cæterùm, verbum θοινάζω Lexicogr. non agnoſcunt.

3 Ἐπὶ πολιτικοῦ κανάθρου] Ejuſmodi, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, canathrum vult, quo πολῖται quilibet, etiamſi fuerint privati, vehi ſolebant. *Plutarch.* in Ageſil. p. 606. Καὶ τὸ κάνναθρον φησὶν ὁ Ξενοφῶν οὐδέν τι σεμνότερον εἶναι τῶν ἐκείνου θυγατρὸς ἢ τῶν ἄλλων. Κάνναθρα δὲ καλοῦσιν εἴδωλα γρυπῶν ξύλινα καὶ τραγελάφων, ἐν οἷς κομίζουσι τὰς παῖδας ἐν ταῖς πομπαῖς. *Heſych.* Κάναθρα, ἀστράβη ἢ ἅμαξα πλέγματα ἔχουσα ὑφ' ὧν πομπεύουσιν αἱ παρθένοι, ὅταν εἰς τὸ τῆς Ἑλένης ἀπίωσιν· ἔνιοι δὲ ἔχειν εἴδωλα ἢ γρυπῶν. Poſtrema verba ex *Plutarcho* corrigenda ſunt. *Athen.* l. 4. c. 6. innuit Polemonem de *canathro* Xenophontéo commentarium ſcripſiſſe. Sed de canathro plura, quæ huc commodè tranſcribi non poſſunt, ex *Athenæo*, *Caſaubono*, *Scheffero*, aliíſque adlata in Addendis invenies.

4 Κατῄει εἰς Ἀμύκλας.] Forſan, ad Hyacinthia celebranda; de quibus vide p. 39. n. 4. Nam ibi feſtum illud celebrabant Lacones; &, dum agebatur, moris fuiſſe ἐπὶ κανάθρων πομπεύειν, ſcribit *Athen.* l. 4. c. 7.

κλας. Τοιγαροῦν οὕτως ἐφαρμόσας τὰς δαπάνας ταῖς προσόδοις, οὐδὲν ἠναγκάζετο χρημάτων ἕνεκα ἄδικον πράττειν. Καίτοι καλὸν μὲν δοκεῖ εἶναι, [1] τείχη ἀνάλωτα κτᾶσθαι ὑπὸ πολεμίων· [2] πολὺ μέντοι ἔγωγε κάλλιον κρίνω, τὸ τὴν αὑτοῦ ψυχὴν ἀνάλωτον κατασκευάσαι καὶ ὑπὸ χρημάτων, καὶ ὑπὸ ἡδονῶν, καὶ ὑπὸ φόβου.

Ἀλλὰ μὴν ἐρῶ γε ὡς καὶ τὸν τρόπον ὑπεστήσατο τῇ τοῦ Πέρσου ἀλαζονείᾳ. Πρῶτον γὰρ, ὁ μὲν τῷ σπανίως ὁρᾶσθαι ἐσεμνύνετο· Ἀγησίλαος δὲ τῷ ἀεὶ ἐμφανὴς εἶναι ἠγάλλετο, νομίζων αἰσχρουργίᾳ μὲν τὸ ἀφανίζεσθαι πρέπειν, [3] τῷ δὲ εἰς κάλλος βίῳ τὸ φῶς μᾶλλον κόσμον παρέχειν· ἔπειτα δὲ, ὁ μὲν τῷ δυσπρόσοδος εἶναι ἐσεμνύνετο,

ſcendiſſe. Cùm igitur ſumptus ad reditus ità adcommodaret, injuſti nihil pecuniarum cauſâ fàcere cogebatur. Atque præclarum *quiddam* eſſe videtur, muros habere hoſtibus inexpugnabiles: verùm ego certè multò præclarius eſſe judico, *ità* ſuum animum parare, *ut* & pecuniis, & voluptatibus, & formidini ſit inexpugnabilis.

At verò exponam quo pacto mores etiam Perſæ faſtui repugnantes inſtituit. Primùm enim, ille glorioſiùs ſe efferebat, quòd raro conſpiceretur; at *in eo* Ageſilaus exultabat, quòd ſemper *hominum* in conſpectu verſaretur, quippe exiſtimabat factis turpibus convenire, ut in occulto lateant, at vitæ ad honeſtatem *inſtitutæ* lucem *ipſam* potiùs ornamentum conciliare: deinde, gravitatem ille captabat *ex eo* quòd difficilis ad eum eſſet aditus,

---

[1] *Τείχη ἀνάλωτα κτᾶσθαι*] Sic optimè MS. Harl. cùm editi hactenus libri omnes abſurdè repræſentent τείχη ἀνάλωτα ὑπᾶρξαι &c.

[2] *Πολὺ μέντοι ἔγωγε* &c.] *Plutarch.* T. 2. p. 209. ἐγὼ γάρ μοι δοκῶ (inquit Ageſilaus) τὸ ἑαυτὸν βούλεσθαι ἐπαινεῖν εἶναι, ἢ τὴν [illegible] τὸ ἀνδραποδισάμενον πόλιν κατὰ κράτος ἑλεῖν· ἄμεινον γὰρ ἑαυτῷ φυλάττειν τὴν ἐλευθερίαν ἢ ἑτέρων ἀφαιρεῖσθαι. Adde *Cicer.* pro Marcel. c. 3. & *Senec.* epiſt. 113. ſub fin. Conf. Prov. XVI. 32.

[3] *Τῷ δὲ εἰς κάλλος βίῳ* &c.] Intelligendum videtur [illegible], vel aliud huic adfine verbum. *Sophocl.* Electr. v. 1523 & ſeq.

—— πῶς τόδ', εἰ καλὸν
Τυγχάνει, σκότου δεῖ, ——

Quippe, uti Oreſtes apud *Euripid.* Iphig. in Taur. v. 1026. Κλεπτῶν — ἡ νύξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς.

Confer Joh. III. 20,21. & *Schot.* Adag. ſacra.

ὁ δὲ τῷ πᾶσιν εὐπρόσοδος εἶναι ἔχαιρε. Καὶ ὁ μὲν ἡβρύνετο τῷ βραδέως διαπράττειν, ὁ δὲ τότε μάλιστα ἔχαιρεν, ὁπότε τάχιστα τυχόντας ὧν δέοιντο ἀποπέμποι.

Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν εὐπάθειαν ὅσῳ ῥᾴονα καὶ εὐπορωτέραν Ἀγησίλαος ἐπετήδευσεν, ἄξιον κατανοῆσαι· [1] τῷ μὲν γὰρ Πέρσῃ πᾶσαν γῆν περιέρχονται μαστεύοντες τί ἂν ἡδέως πίοι, [2] μυρίοι δὲ τεχνῶνται τί ἂν ἡδέως φάγοι· ὅπως γε μὴν καταδάρθοι, οὐδ' ἂν εἴποι τις ὅσα πραγματεύονται· Ἀγησίλαος δὲ, διὰ τὸ φιλόπονος εἶναι, πᾶν μὲν τὸ παρὸν ἡδέως ἔπινε, πᾶν δὲ τὸ συντυχὸν ἡδέως ἤσθιεν· εἰς δὲ τὸ ἀσμένως κοιμηθῆναι, πᾶς τόπος ἱκανὸς ἦν αὐτῷ. Καὶ ταῦτα οὐ μόνον πράττων ἔχαιρεν, ἀλλὰ καὶ ἐνθυμούμενος ἠγάλλετο ὅτι αὐτὸς μὲν ἐν μέσαις ταῖς εὐ-

gaudebat hic quòd facilis ad ſe omnibus eſſet aditus. Atque ille ſplendorem indè ſibi colligebat, quòd *negotia* tardè conficeret, hic tum maximè lætabatur, cùm *homines* ea, quæ cupiebant, celerrimè conſequutos dimitteret.

Atqui operæ pretium eſt conſiderare, quantò faciliorem ac magìs parabilem voluptatem Ageſilaus conſectaretur: ſunt enim Perſæ qui terram univerſam circumeunt, quid jucundè bibat quæritantes, innumeri *alii* artificiosè parant quod cum voluptate edat: ut porrò dormiat, nè quidem dicere quis poſſit quàm multa moliantur: at Ageſilaus, quòd patiens laboris eſſet, quidquid aderat cum voluptate bibebat, quidquid oblatum fortè fuiſſet, cum voluptate comedebat; ut autem ſuaviter ſomno frueretur, quivis ei locus erat idoneus. Atque hæc non modò dum faceret gaudebat, ſed lætitiâ etiam exultabat quoties cogitaret ſe quidem φροσύναις ἀναστρέφοιτο· [1] τὸν δὲ βάρβαρον ἑώρα, εἰ μέλλοι ἀλύπως βιώσεσθαι, συνελκυστέον αὐτῷ ἀπὸ περάτων τῆς γῆς τὰ τέρψοντα. [2] Εὔφραινον δὲ καὶ τάδε, ὅτι αὐτὸς μὲν [3] ᾔδει τῇ τῶν θεῶν κατασκευῇ δυνάμενος ἀλύπως χρῆσθαι· [4] τὸν δὲ ἑώρα φεύγοντα μὲν θάλπη, φεύγοντα δὲ ψύχη δι' ἀσθένειαν ψυχῆς, οὐκ ἀνδρῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ θηρίων τῶν ἀσθενεστάτων βίον μιμούμενον.

---

[1] Τῷ μὲν γὰρ Πέρσῃ &c.] De Perſis *Herodot.* l. 1. c. 135. καὶ εὐπαθείας τε παντοδαπὰς πυνθανόμενοι ἐπιτηδεύουσι, — *Athen.* l. 4. c. 10. Περὶ δὲ τῆς τρυφῆς τῶν ἐν Πέρσαις βασιλέων Ξενοφῶν ἐν Ἀγησιλάῳ οὕτω γράφει· τῷ μὲν γὰρ Πέρσῃ &c. uſque ad ἱκανὸς ἦν αὐτῷ. exemplaribus Xenophonteis congruenter. Cæterùm, de περιέρχονται ſine nomine ſuo vide p. 62. n. 9.

[2] Μυρίοι] Vide ſuprà p. 67. n. 4.

Ἐκεῖνο γε μὴν πῶς οὐ καλὸν καὶ [5] μεγαλόγνωμον, τὸ αὐτὸν μὲν ἀνδρὸς ἔργοις καὶ κτήμασι κοσμεῖν τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, κύνας τε πολλοὺς θηρευτὰς καὶ ἵππους πολεμιστη-

mediis in voluptatibus verſari; *illum* verò barbarum videret, ſi abſque triſtitiâ vivere vellet, neceſſe habere ut ab *extremis* terræ finibus ea contraheret, de quibus voluptatem capturus eſſet. Quin hæc etiam *eum* delectabant, quòd ſe quidem ſciret abſque animi ægritudine poſſe deûm diſpoſitione uti; illum verò videret æſtus fugere, fugere frigora; *ac* propter imbecillitatem animi, non fortium virorum, ſed debiliſſimarum beſtiarum vitam imitari.

Illud quidem certè quî non præclarum ac magni animi *indicium erat*, quòd ipſe factis viro dignis & rebus partis domum ſuam ornaret, cùm multos canes venaticos & equos ad bellicos ρίους τρέφοντα· [1] Κυνίσκαν δὲ ἀδελφὴν οὖσαν πεῖσαι [2] ἁρματοτροφεῖν, καὶ ἐπιδεῖξαι, νικώσης αὐτῆς, ὅτι [3] τὸ θρέμμα τοῦτο οὐκ ἀνδραγαθίας, ἀλλὰ πλούτου ἐπίδειγμά ἐστι; Τόδε γε μὴν πῶς οὐ σαφῶς πρὸς τὸ γενναῖον ἔγνω, ὅτι ἅρματι μὲν νικήσας τοὺς ἰδιώτας, [4] οὐδὲ ὀνομαστότερος ἂν γένοιτο· εἰ δὲ φίλην μὲν πάντων μάλιστα τὴν πόλιν ἔχοι, πλείστους δὲ φίλους καὶ ἀρίστους ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν κέκτηται, νικῴη δὲ τὴν μὲν πατρίδα καὶ τοὺς ἑταίρους εὐεργετῶν, τοὺς δὲ ἀντιπάλους τιμωρούμενος, ὅτι ὄντως ἂν εἴη νικηφόρος τῶν καλλίστων καὶ μεγαλοπρεπεστάτων ἀγωνισμάτων, καὶ ὀνομαστότατος καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας γένοιτ᾽ ἄν;

---

[1] Τὸν δὲ βάρβαρον ἑώρα, — συνελκυστέον &c.] Quo de Atticiſmo vide K. A. p. 483. n. 6.

[2] Εὔφραινον δὲ καὶ τάδε.] MS. Harl. Εὔφραινε δὲ αὐτὸν &c. Grammaticorum utique præceptis nimiùm ſolicitè librarius obſequutus eſt. Sic autem ſæpè Noſter: K. A. p. 45. ἄπταιστα ἦσαν &c. p. 234. καὶ τεθορυβημένα ἐξεκομίζοντο &c. Adde p. 266. n. 4.

[3] Ἤδει τῇ τῶν θεῶν &c.] De conſtructione τοῦ αὐτὸς ᾔδει — δυνάμενος vide K. A. p. 423. n. 2. Hoc utique loco δυνάμενος, Attico more, pro δύνασθαι ponitur. *Plutarch.* p. 603. Πρός τε θάλπος ἔτι καὶ ψύχος εἶχεν (Ageſil.) ὥσπερ μόνος ἀεὶ χρῆσθαι ταῖς ὑπὸ θεοῦ κεκραμέναις ὥραις πεφυκώς. Adde ſuprà p. 57. n. 3. Vide ſis etiam quæ de eo ſcripſit *Ælian.* H. V. l. 7. c. 13. Porrò, cum κατασκευῇ intellige τῶν ὡρῶν, i. e. *anni temporum.*

[4] Τὸν δὲ ἑώρα φεύγοντα &c.] Lege K. A. p. 258. n. 4.

[5] Μεγαλόγνωμον] *Budæus* L. G. Comm. p. 864. Xenophon, inquit, μεγαλογνώμονα interpretatur, ὃς ἂν δύνηται τὰ μεγάλα τῇ γνώμῃ διαπράξασθαι. Reſpicit nimirum ille quæ ſcripſit Xenoph. ſub fin. Οἰκονομ. Hìc verò loci vox denotat τὴν μεγαλοπραγμοσύνην, (quâ voce ſuprà modò p. 70. uſus eſt Noſter) ſeu virtutem ejus viri, qui ingenio ſuo ſeu prudentiâ (uti *Steph.* ad v.) ad ses magnas gerendas utatur.

uſus aptos aleret; & Cyniſcæ ſorori ut equos currui jungendos aleret perſuaſerit, eâque vincente, demonſtrârit his alendis non fortitudinis ſed divitiarum *editum* eſſe ſpecimen? Hoc verò quî non *ille* manifeſtè ex generosâ animi indole ſtatuit, ſe *nempe*, *homines* ſi privatos curru vicerit, nequaquam clariorem fore; at ſi civitatem haberet amiciſſimam, amicos plurimos optimóſque per univerſum terrarum orbem comparâſſet, patriam & ſodales beneficiis, adverſarios ulciſcendo ſuperâſſet, reapſe pulcherrimis ac magnificentiſſimis in certaminibus victorem ſe futurum, futurum etiam tum vivum tum mortuum clariſſimum?

---

[1] Κυνίσκαν δὲ ἀδελφὴν &c.] *Plutarch*. T. 1. p. 606. Οὐ μὴν ἀλλὰ ὁρῶν ἐνίους τῶν πολιτῶν ἀπὸ ἱπποτροφίας δοκοῦντας εἶναί τινας, καὶ μέγα φρονοῦντας, ἔπεισε τὴν ἀδελφὴν Κυνίσκαν ἅρματι καθεῖσαν Ὀλυμπίασιν ἀγωνίσασθαι· βουλόμενος ἐνδείξασθαι τοῖς Ἕλλησιν ὡς οὐδεμιᾶς ἐστιν ἀρετῆς, ἀλλὰ πλούτου καὶ δαπάνης, ἡ νίκη. Adde ejuſd. T. 2. p. 212. *Pauſan*. l. 3. c. 8. Ἐγένετο δὲ Ἀρχιδάμῳ καὶ θυγάτηρ, ὄνομα μὲν Κυνίσκα, φιλοτιμότατα δὲ ἐς τὸν ἀγῶνα ἔσχε τὸν Ὀλυμπικόν, καὶ πρώτη τε ἱπποτρόφησε γυναικῶν, καὶ νίκην ἀνείλετο Ὀλυμπικὴν πρώτη. Adde ejuſd. l. 5. c. 12. l. 6. c. 1. & *Fabri* Agoniſt. l. 1. c. 26. ubi vir doctus minùs meminiſſe videtur, Ageſilaum Archidami fuiſſe filium. Vide ſis etiam *Archæol. Gr.* l. 2. c. 22.

[2] Ἁρματοτροφεῖν] Quod *Plutarcho*, locis cit. fuerit ἱπποτροφεῖν. Similiter Noſter Κ. Π. p. 133. ἅρμα, ut Latini *currus*, pro equis currui junctis poſuit. Apud eundem in Ἱππ. haud procul à fine, reperiuntur ἁρματοτροφία, ἅρματα τρέφειν, ἅρματος ἀρετή. Porrò, verbum illud compoſitum videre eſt *Diogen. Laërt.* l. 4. ſegm. 17.

[3] Τὸ θρέμμα τοῦτο] Cura *ſcil.* equorum εἰς ἁρματηλασίαν. τρεφομένων.

[4] Οὐδὲ &c.] Forſan reponendum οὐδὲν &c. Sic paulò infrà — οἰκονομικώτερος οὐδὲν ἄν. Cæterùm, MS. Harl. dat — ὀνομαστότερος ἂν εἴη γένοιτο: quorum verborum alterum certè librarii imperiti manus invexit.

Ἐγὼ μὲν οὖν τοιαῦτα ἐπαινῶ Ἀγησίλαον· ταῦτα γὰρ οὐχ ὥσπερ εἰ θησαυρῷ τις ἐντύχοι, πλουσιώτερος μὲν ἂν εἴη, οἰκονομικώτερος δὲ οὐδὲν ἄν· καὶ εἰ νόσου δὲ πολεμίοις ἐμπεσούσης κρατήσειεν, εὐτυχέστερος μὲν ἂν εἴη, στρατηγικώτερος δὲ οὐδὲν ἄν· ὁ δὲ καρτερίᾳ μὲν προφέρων, ἔνθα πονεῖν καιρὸς, ἀλκῇ δὲ, ὅπου [1] ἀνδρείας ἀγὼν, γνώμῃ δὲ, ὅπου βουλῆς ἔργον, οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ δικαίως ἀνὴρ ἀγαθὸς παντελῶς ἂν νομίζεσθαι. Εἰ δὲ καλὸν εὕρημα ἀνθρώποις [2] στάθμη καὶ κανὼν πρὸς τὸ ἀγαθὰ ἐργάζεσθαι, καλὸν ἄν μοι [3] δοκεῖ ἡ Ἀγησιλάου ἀρετὴ παράδειγμα γενέσθαι τοῖς ἀνδραγαθίαν ἀσκεῖν βουλομένοις. Τίς γὰρ ἂν ἢ θεοσεβῆ μιμούμενος, ἀνόσιος γένοιτο· ἢ δίκαιον, ἄδικος· ἢ σώφρονα, ὑβριστής·

Ob res ejuſmodi certè quidem Ageſilaum laudo: hæc enim non *ità ſunt* veluti ſi quis theſaurum fortè reperiat, opulentior quidem fuerit, nihilo tamen rei familiaris adminiſtrandæ peritior; & ſi morbo hoſtes invadente victoriâ potiatur, felicior quidem fuerit, nihilo tamen arte imperatoriâ inſtructior: qui verò *laborum* tolerantiâ præſtat *aliis*, ubi laborem perferendi tempus eſt, & robore, ubi fortitudinis eſt certamen, & prudentiâ, ubi conſilium res poſcit, is mihi quidem videtur meritò vir omnino bonus exiſtimandus. Quòd ſi amuſſis & norma *ſint* inventum hominibus commodum ad efficienda præclara *opera*, mihi egregium exemplum Ageſilai virtus exſtitiſſe videtur iis, qui fortitudinem exercere volunt. Nam quis impius fiat, qui religioſum imitatur; vel qui juſtum, injuſtus; vel qui modeſtum, petulans;

---

[1] Ἀνδρείας] Sic MS. Harl. & edit. *Steph.* In aliis libris ſcribitur ἀνδρίας. Vide p. 61. n. 4. De voce ἀνδρεία ſubtiliùs paulò diſſerit Socrates apud *Platon.* Cratyl. T. 1. p. 413.

[2] Στάθμη καὶ κανὼν] *Phavor.* Στάθμη, σπαρτίον ἐστὶ λεπτὸν, ὃ μίλτῳ κεχρισμένον, ἢ ἑτέρῳ χρώματι, χαραγμὸν ἄγει τῇ ἐκτεινομένῃ σανίδι, δι' ὧν τὰ ξύλα εὐθυνόνται. Idem, Κανόνας κυρίως λέγουσι τὸ ὄργανον τὸ τεκτονικὸν ὂν, καὶ ὡς ἰσότητα ἄγον. Unà poſitæ ſunt voces *J. Poll.* l. 4. ſegm. 171. l. 7. ſegm. 125. & l. 10. ſegm. 147.

[3] Δοκεῖ ἡ Ἀγησιλάου] Vulgò — δοκεῖ εἶναι ἡ &c. Sed εἶναι delendum videtur; cùm γενέσθαι, quod mox ſequitur, loci integritatem tueatur. Similem huic librariorum mendam ſuprà modò ſuſtulimus p. 77. n. 4.

ἢ ἐγκρατῆ, ἀκρατής; Καὶ γὰρ δὴ οὐχ οὕτως ἐπὶ τῷ ἄλλων βασιλεύειν, ὡς ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ ἄρχειν ἐμεγαλύνετο· οὐδ' ἐπὶ τῷ πρὸς τοὺς πολεμίους, ἀλλ' ἐπὶ τῷ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν ἡγεῖσθαι τοῖς πολίταις. Ἀλλὰ γὰρ μὴ, ὅτι τετελευτηκὼς ἐπαινεῖται, τούτου ἕνεκα [1] θρῆνόν τις τοῦτον τὸν λόγον νομισάτω, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον [2] ἐγκώμιον. Πρῶτον μὲν γὰρ ἅπερ ζῶν ἤκουε, ταῦτα καὶ νῦν λέγεται περὶ αὐτοῦ· ἔπειτα δὲ, τί καὶ πλέον θρήνου ἄπεστιν, ἢ βίος τε εὐκλεὴς καὶ [3] θάνατος ὡραῖος; ἐγκωμίων δὲ τί ἀξιώτερον, ἢ νῖκαι τε αἱ κάλλισται καὶ ἔργα τὰ πλείστου ἄξια; Δικαίως δ' ἂν ἐκεῖνός γε μακαρίζοιτο, ὃς εὐθὺς μὲν ἐκ παιδὸς ἐρασθεὶς τοῦ εὐκλεὴς γενέσθαι, ἔτυχε τούτου μάλιστα τῶν καθ' ἑαυτόν· φιλοτιμότατος δὲ πεφυκώς,

vel qui temperantem, intemperans? Etenim *Ageſilaus* non tam *in eo* quòd aliorum rex eſſet, quàm quòd imperare ſibi ipſi poſſet, gloriabatur; neque *in eo* quòd adverſùs hoſtes, ſed quòd ad omnem virtutem civibus *ſuis* dux eſſet. Enimverò quòd à morte laudatur, non idcircò quiſquam orationem hanc *eſſe* lamentationem putet, ſed multò magìs laudationem. Nam primùm quæ vivus audiebat, ea nunc etiam de ipſo commemorantur: deinde, quid à lamentatione longiùs abeſt, quàm glorioſa vita & mors tempeſtiva? quid laudationibus item convenientiùs, quàm victoriæ pulcherrimæ maximíque pretii facinora? Ac jure quidem ille beatus prædicetur, qui ſtatim à puero celebris evadendi cupiditate incenſus, id præcipuè *quod concupivit* præter *omnes* ætatis ſuæ *viros* conſequutus eſt; & cùm honoris naturâ eſſet cupiἀήττητος διετέλεσεν, ἐπεὶ βασιλεὺς ἐγένετο· ἀφικόμενος δὲ [1] ἐπὶ τὸ μήκιστον ἀνθρωπίνου αἰῶνος, [2] ἀναμάρτητος ἐτελεύτησε καὶ περὶ τούτους ὧν ἡγεῖτο, καὶ πρὸς ἐκείνους οἷς ἐπολέμει.

---

[1] Θρῆνόν τις] Etymol. m. Θρῆνος — διαφέρει ἐπικηδείου· ὅτι τὸ μὲν ἐπικήδειον, παρ' αὐτὸ τὸ κῆδος, ἔτι τοῦ σώματος προκειμένου· λέγεται δὲ ὁ θρῆνος ὁ περιγραφόμενος τῷ χρόνῳ.

[2] Ἐγκώμιον] *Suid.* — ἐπαίνου διαφέρει· ἔπαινος μὲν γάρ ἐστι λόγος ἐπαινετικὸς, μίαν πρᾶξιν ἐπαινῶν· ἐγκώμιον δὲ, λόγος ἐγκωμιαστικὸς πολλὰς ἐν ἑαυτῷ πράξεις περιλαμβάνων.

[3] Θάνατος ὡραῖος;] *Philelpho* interprete, *ſpecioſa mors*? Leuncl. *mors decora*? Fateor equidem eam haud raròvocis ὡραῖος eſſe notionem: quæ tamen huc minùs quadrare videtur. Indicat utique, γνώμην ἐμήν, non *quomodo*, ſed *quando* mortuus eſt Ageſilaus; ætate *ſcil.* maturâ. Huc ſpectant quæ mox infrà leguntur — ἀφικόμενος γὰρ ἐπὶ τὸ μήκιστον ἀνθρωπίνου αἰῶνος, &c. Confer K. A. p. 376. n. 7.

Βούλομαι δὲ καὶ ἐν κεφαλαίοις ἐπανελθεῖν τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ, ὡς ἂν ὁ ἔπαινος [3] εὐμνημονεστέρως ἔχοι. Ἀγησίλαος μὲν ἱερὰ καὶ τὰ ἐν τοῖς πολεμίοις ἐσέβετο, ἡγούμενος τοὺς θεοὺς οὐχ ἧττον ἐν τῇ [4] πολεμίᾳ χρῆναι, ἢ ἐν τῇ φιλίᾳ συμμάχους ποιεῖσθαι· [5] ἱκέτας δὲ θεῶν οὐδὲ ἐχθροὺς ἐβιάζετο, νομίζων ἄλογον εἶναι τοὺς μὲν ἐξ ἱερῶν κλέπτοντας, ἱεροσύλους καλεῖν· τοὺς δὲ βωμῶν ἱκέτας ἀποσπῶντας, εὐσεβεῖς ἡγεῖσθαι. Ἐκεῖνός γε μὴν [6] ὑμνῶν οὔποτ'

diſſimus, perpetuò invictus exſtitit, ex quo rex factus fuit; cúmque longiſſimum vitæ humanæ *terminum* adtigiſſet, inculpatus obiit tum ab iis quibus præerat, tum ab iis adverſùs quos bellum gerebat.

Libet autem virtutem ejus ſummatim repetere, quò faciliùs *hæc* laudatio memoriæ inhæreat. Ageſilaus delubra etiam hoſtium in agro *ſita* venerabatur, quippe qui exiſtimaret deorum auxilia non minùs in hoſtili quàm pacato *ſolo* quærenda eſſe: eos autem, qui ad deos ſuppliciter accederent, non, *ſi* hoſtes *eſſent*, violabat, quòd abſurdum eſſe duceret eos, qui è fanis *aliquid* furto ſubtrahant, ſacrilegos adpellare; eos autem, qui ſupplices ab aris avellant, pro religioſis habere. Porrò nunquam ille præἔληγεν, ὡς τοὺς θεοὺς οἴοιτο [1] οὐδὲν ἧττον ὁσίοις ἔργοις ἢ ἁγνοῖς ἱεροῖς ἥδεσθαι. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁπότε εὐτυχοίη, οὐκ ἀνθρώπων [2] ὑπερεφρόνει, ἀλλὰ θεοῖς χάριν ᾔδει· καὶ θαρρῶν πλείονα ἔθυσεν, ἢ ὀκνῶν ηὔχετο· εἴθιστο δὲ φοβούμενος μὲν, ἱλαρὸς φαίνεσθαι, εὐτυχῶν δὲ, πρᾶος εἶναι. Τῶν γεμὴν φίλων οὐ τοὺς δυνατωτάτους, ἀλλὰ τοὺς προθυμοτάτους μάλιστα ἠσπάζετο· ἐμίσει δὲ οὐκ εἴ τις κακῶς πάσχων ἠμύνετο, ἀλλ' εἴ τις εὐεργετούμενος ἀχάριστος φαίνοιτο· ἔχαιρε δὲ τοὺς μὲν αἰσχροκερδεῖς πένητας ὁρῶν, τοὺς δὲ δικαίους πλουσίους ποιῶν· βουλόμενος τὴν δικαιοσύνην τῆς ἀδικίας κερδαλεωτέραν καθιστάναι. [3] Ἤσκει δὲ ἐξομιλεῖν μὲν παντοδαποῖς, [4] χρῆσθαι δὲ τοῖς ἀγαθοῖς. [5] Ὁπότε δὲ ψεγόντων ἢ ἐπαινούντων τινὰς ἀκούοι, οὐχ ἧττον ᾤετο καταμανθάνειν

---

[1] Ἐπὶ τὸ μήκιστον] Intelligendum videtur τέρμα. *Plutarch.* T. 2. p. 784. — πρὸς τὸ τέρμα τοῦ βίου ὤν; Idem T. 1. p. 618. ἀπέθανε (Ageſilaus) βιώσας μὲν ὀγδοήκοντα καὶ τέσσαρα ἔτη &c.

[2] Ἀναμάρτητος] I. e. *Steph.* ad *Philelph.* interprete, *nihil reprehenſione dignum commiſit, & quòd notam illi aliquam inurere poſſet, nec erga eos &c.*

[3] Εὐμνημονεστέρως] In lexicis fruſtrà quæſiveris.

[4] Πολεμίᾳ — φιλίᾳ] Reſpice p. 44. n. 2.

[5] Ἱκέτας δὲ θεῶν &c.] Lege p. 37.

[6] Ὑμνῶν οὔποτ' ἔληγεν &c.] *Leuncl.* vertit *nunquam hymnos dicere deſinebat, quòd deos arbitraretur* &c. Rectiùs *Philelph.* in hunc modum, — *nunquam illud prædicare deſinebat, ſe videlicet arbitrari deos* &c. Verbum utique ὑμνῶ, licèt propriè de iis, qui carmina ſcribunt recitántque dicatur, ſolet etiam adhiberi ſimpliciter pro *prædico, dico.* Plato de republ. l. 2. T. 2. p. 364. edit. *Steph.* πάντες μὲν γὰρ ἐξ ἑνὸς στόματος ὑμνοῦσιν, ὡς καλὸν μὲν &c. *Phavorin.* Ὑμνεῖν λέγεται τὸ εὐφημεῖν καὶ ἐξαίρειν· καὶ ἐπὶ θείων καὶ ἐπὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. Λέγεται ὑμνεῖν καὶ τὸ ᾄδειν· λέγεται καὶ τὸ θρυλλεῖν. Λέγεται ὑμνεῖν καὶ τὸ μνημονεύειν.

dicare deſinebat ſe deos arbitrari non minùs factis piis quàm ſacrificiis puris delectari. Quinetiam fortunâ quoties utebatur proſperâ, non homines contemnebat, ſed diis habebat gratias; & cùm bono eſſet animo plures mactabat hoſtias quàm, cùm ſuis metueret rebus, voverat: adſuetus etiam erat, cùm in metu eſſet, hilaritatem præ ſe ferre, cùm proſperâ uteretur fortunâ, mitis eſſe. Ex amicis porrò non potentiſſimos ſed promptiſſimos maximè amplectebatur: odio proſequebatur, non eum, qui læſus ſe ulciſcebatur, ſed eum, qui beneficiis adfectus ingratum ſe declarabat: gaudebat quoties turpis quidem lucri avidos videbat pauperes, juſtos verò quoties locupletabat; utpote qui juſtitiam injuſtitiâ lucroſiorem efficere volebat. Cum omnis generis hominibus verſari, bonis uti ſolebat. Cúmque *eos* qui vituperabant aliquos vel laudabant audiret, non minùs eorum ſe mores per-

---

[1] Οὐδὲν ἧττον ὁσίοις &c.] Vide K. A. p. 430. n. 5.

[2] Ὑπερεφρόνει] Idem ſonat verbum hoc Rom. XII. 3.

[3] Ἤσκει δὲ ἐξομιλεῖν &c.] Verbum ἀσκῶ ponitur itidem ἀμετανοήτως Act. XXIV. 16.

[4] Χρῆσθαι &c.] Sic ferè *uti* adhibent Latini, pro *conſuetudinem* cum aliquo ſeu *commercium habere*.

[5] Ὁπότε δὲ ψεγόντων &c.] *Plutarch*. T. 2. p. 208. Ὁπότε δὲ ψεγόντων ἢ ἐπαινούντων τινῶν ἀκούοι, οὐχ ἧττον ᾤετο δεῖν καταμανθάνειν τοὺς τῶν λεγόντων τρόπους ἢ περὶ ὧν λέγοιεν.

τῶν λεγόντων τρόπους, ἢ περὶ ὧν λέγοιεν. [1] Καὶ τοὺς μὲν ὑπὸ φίλων ἐξαπατωμένους οὐκ ἔψεγε, τοὺς δὲ ὑπὸ πολεμίων, πάμπαν κατεμέμφετο. Καὶ τὸ μὲν ἀπιστοῦντας ἐξαπατᾷν, σοφὸν ἔκρινε, τὸ δὲ πιστεύοντας, ἀνόσιον. Ἐπαινούμενος δὲ ἔχαιρεν ὑπὸ τῶν καὶ ψέγειν ἐθελόντων τὰ μὴ ἀρεστά· καὶ τῶν παρρησιαζομένων οὐδένα ἤχθραινε· τοὺς δὲ [2] κρυψίνους ὥσπερ ἐνέδρας ἐφυλάττετο. Τοὺς γε μὴν διαβόλους μᾶλλον ἢ τοὺς κλέπτας ἐμίσει, μείζω ζημίαν ἡγούμενος φίλων ἢ χρημάτων στερίσκεσθαι. Καὶ τὰς μὲν τῶν ἰδιωτῶν ἁμαρτίας πρᾴως ἔφερε, τὰς δὲ τῶν ἀρχόντων μεγάλας ἦγε· κρίνων, τοὺς μὲν ὀλίγα, τοὺς δὲ πολλὰ κακῶς διατιθέναι. Τῇ δὲ βασιλείᾳ προσήκειν ἐνόμιζεν οὐ ῥᾳδιουργίαν, ἀλλὰ καλοκἀγαθίαν.

[3] Καὶ τοῦ μὲν σώματος εἰκόνα στήσασθαι ἀπέσχετο, πολλῶν αὐτῷ

noſcere, quàm eorum, de quibus verba facerent, exiſtimabat. Atque eos quidem, qui per amicos deciperentur, non vituperabat, qui verò per hoſtes, eos omnino reprehendebat. Ac diffidentes quidem fallere, ſapientis eſſe judicabat, at fidem habentes, impium. Si ab iis laudaretur, qui vellent etiam vituperare quæ minùs *ipſis* placerent, gaudebat; & eorum, qui liberè, *quod ſentiebant*, dicebant, neminem odio habebat: at ab iis, qui mentem ſuam aſtutè celant, tanquam ab inſidiis ſibi cavebat. Cæterùm calumniatores majori proſequebatur odio, quàm fures; quippe qui majus eſſe detrimentum duceret, amicis quàm rebus *ſuis* ſpoliari. Atque privatorum quidem *hominum* peccata miti ferebat animo, principum verò magna cenſebat; quòd illos paucorum, multorum hos malorum eſſe auctores judicaret. Regno non deſidiam, ſed abſolutam probitatem convenire putabat.

Et à ſtatuendâ quidem corporis imagine abſtinebat, multis id

---

[1] Καὶ τοὺς μὲν ὑπὸ φίλων &c.] Lege K. A. p. 580.

[2] Κρυψίνους] Adpellat eos, *qui aliud clauſum in pectore, aliud in linguâ promptum habent.* Heſych. Κρυψίνους, δόλιος, πανοῦργος. Similiter *Phavor.* & *Suid.* *Stephani* Theſ. vocem exhibet ſine auctore: *Conſtant.* citat tantùm *Adamant.*

[3] Καὶ τοῦ μὲν σώματος &c.] *Plutarch.* p. 596. Τῆς δὲ μορφῆς εἰκόνα μὲν οὐκ ἔχομεν· αὐτὸς γὰρ οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ καὶ ἀποθνήσκων ἀπεῖπε μήτε πλαστὸν μήτε μιμηλὸν τινα ποιήσασθαι τοῦ σώματος εἰκόνα.

τοῦτο δωρεῖσθαι θελόντων· τῆς δὲ ψυχῆς οὐδέποτε ἐπαύετο μνημεῖα διαπονούμενος· ἡγούμενος τὸ μὲν, [1] ἀνδριαντοποιῶν, τὸ δὲ, αὑτοῦ ἔργον εἶναι· καὶ τὸ μὲν, πλουσίων, τὸ δὲ, τῶν ἀγαθῶν. Χρήμασι γε μὴν οὐ μόνον δικαίως, ἀλλὰ καὶ ἐλευθερίως ἐχρῆτο· τῷ μὲν δικαίῳ ἀρκεῖν ἡγούμενος τὸ ἐᾷν τὰ ἀλλότρια, τῷ δὲ ἐλευθερίῳ καὶ [2] τῶν ἑαυτοῦ προσωφελητέον εἶναι. Αἰεὶ δὲ [3] δεισιδαίμων ἦν, νομίζων [4] τοὺς μὲν καλῶς ζῶντας, οὔπω εὐδαίμονας· τοὺς δ᾽ εὐκλεῶς τετελευτηκότας, ἤδη μακαρίους. Μείζω δὲ συμφορὰν ἔκρινε τὸ γιγνώ-

honoris ei largiri volentibus: animi verò monumenta nunquam elaborare deſinebat; quippe qui arbitrabatur illud ſtatuariorum, hoc ſui ipſius opus eſſe; atque illud, divitum, hoc, bonorum. Facultatibus non juſtè tantùm, ſed etiam liberaliter utebatur; utpote qui *homini* juſto ſatìs eſſe ducebat, ab alienis abſtinere, liberalem etiam de ſuis utilitatem *aliis* adferre debere. Semper autem deorum metu tenebatur, cùm honeſtè quidem viventes, necdum felices; eos verò, qui glorioſè mortem oppetiiſſent, jam beatos exiſtimaret. Majorem autem eſſe calamitatem judicabat,

---

Idem T. 2. p. 215. — ἀποθνήσκων ἐνετείλατο τοῖς περὶ αὐτὸν μήτε πλαστὸν μήτε μιμηλὸν τοῦ σώματος εἰκόνα ποιήσασθαι. Εἰ γάρ τι καλὸν ἔργον πεποίηκα, τοῦτό μου μνημεῖον ἔσται· εἰ δὲ μὴ, οὐδ᾽ οἱ πάντες ἀνδριάντες, βαναύσων οὐδενὸς ἀξίων ἔργα ὄντες. Porrò, verbum στήσασθαι (utpote medium) valet *ſtatuere ſibi*: reſpice p. 61. n. 2.

[1] Ἀνδριαντοποιῶν] *Steph.* vocis auctorem adducit *Athen.* tantùm. *Conſtant.* nullum.

[2] Τῶν ἑαυτοῦ &c.] Supple ἐκ τῶν &c. Sic ferè Noſter K. Π. p. 127. τοῖς φίλοις τούτου τοῦ ὀλίγου ἀξίου γέλωτος [illegible]. pro ἐκ τούτου τοῦ &c. Porrò, προσωφελέω in lexicis reperitur ſine auctore.

[3] Δεισιδαίμων] Vocabulum eſt *μέσον*, atque adeò nunc laudi eſt, nunc vitio. *Phavorin.* Δεισιδαίμων, ὁ εὐσεβής. *Heſychio* exponente, ὁ τὰ εἴδωλα σέβων, εἰδωλολάτρης· ὁ εὐσεβὴς καὶ δειλὸς περὶ θεούς. *Jul. Poll.* l. 1. ſegm. 21. Ὁ δὲ ὑπερτιμῶν, (ſcil. τοὺς θεοὺς) δεισιδαίμων. Hoc autem loco partem in meliorem accipienda vox eſt: in deteriorem, contrà quàm eruditi haud pauci ſenſerunt, Act. XVII. 22.

[4] Τοὺς μὲν καλῶς ζῶντας, &c.] *Sophocl.* Oedip. Tyr. extremo:

Ὥστε, θνητὸν ὄντ᾽, ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν
Ἡμέραν ἐπισκοποῦντα, μηδὲν ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
Τέρμα τοῦ βίου περάσῃ, μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.

ubi lege *Schol.* Solon apud *Herodot.* l. 1. c. 32. Εἰ δὲ πρὸς τούτοισι ἔτι τελευτήσει τὸν βίον εὖ, οὗτος ἐκεῖνος, τὸν σὺ ζητεῖς, ὄλβιος κεκλῆσθαι ἄξιός ἐστι, πρὶν δ᾽ ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχεῖν, μηδὲ καλέειν κω ὄλβιον, — adde c. 86. *Ovid.* Met. l. 3. Fab. 2. v. 135 & ſeq.

— ſcilicet, ultima ſemper
Expectanda dies homini: dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.

σκοντα, ἢ ἀγνοοῦντα, ἀμελεῖν τῶν ἀγαθῶν· δόξης δὲ οὐδεμιᾶς ἤρα, ἧς οὐκ [1] ἐξεπόνει τὰ ἴδια· μετ' ὀλίγων δέ μοι ἐδόκει ἀνθρώπων οὐ καρτερίαν τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' εὐπάθειαν νομίζειν. Επαινούμενος γοῦν ἔχαιρε μᾶλλον ἢ χρήματα κτώμενος. Αλλὰ μὴν [2] ἀνδρείαν γε τὸ πλέον μετ' εὐβουλίας ἢ μετὰ κινδύνων ἐπεδείκνυτο· καὶ σοφίαν [3] ἔργῳ μᾶλλον ἢ λόγῳ ἤσκει. Πρᾳότατος γε μὴν φίλοις ὢν, ἐχθροῖς φοβερώτατος ἦν· καὶ πόνοις μάλιστα ἀντέχων, ἑταίροις ἥδιστα ὑπεῖκε, καλῶν ἔργων μᾶλλον ἢ τῶν καλῶν σωμάτων ἐπιθυμῶν. Εν γε μὴν ταῖς εὐπραξίαις [4] σωφρονεῖν ἐπιστάμενος, ἐν τοῖς δεινοῖς εὐθαρσὴς ἐδύνατο εἶναι. Καὶ τὸ εὔχαρι οὐ σκώμμασιν, ἀλλὰ τρόπῳ ἐπετήδευε· [5] καὶ τὸ

ſcientem, quàm inſcium res præclaras negligere: gloriæ nullius amore tenebatur, cui quæ propria eſſent non elaboraret: cum paucis hominibus mihi videbatur exiſtimare virtutem non tolerantiam eſſe, ſed voluptatem. Si laudaretur certè magìs gaudebat, quàm ſi opes acquiſiviſſet. At verò fortitudinem potiùs cum conſilio quàm periculis oſtendebat; & ſapientiam re magìs quàm verbo exercebat. Porrò cùm in amicos eſſet mitiſſimus, inimicis maximo erat terrori: cúmque labores in primis toleraret, ſodalibus *tamen* libentiſſimè cedebat, magìs actiones pulchras quàm corpora pulchra deſiderans. In rebus utique ſecundis modeſtè ſe gerere callens, in adverſis ſpei plenus eſſe poterat. Atque urbanitatem non dicteriis, ſed moribus ſtudioſè colebat: & animi μεγαλόφρον οὐ σὺν ὕβρει, ἀλλὰ σὺν γνώμῃ ἐχρῆτο. Τῶν γοῦν [1] ὑπεραύχων καταφρονῶν, τῶν μετρίων ταπεινότερος ἦν· καὶ γὰρ [2] ἐκαλλωπίζετο τῇ μὲν ἀμφὶ τὸ σῶμα φαυλότητι, τῷ δ' ἀμφὶ τὸ στράτευμα κόσμῳ, τῷ δ' αὐτὸς ὡς ἐλαχίστων δεῖσθαι, τῷ δὲ τοὺς φίλους ὡς πλεῖστα ὠφελεῖν. Πρὸς δὲ τούτοις, βαρύτατος μὲν ἀνταγωνιστὴς ἦν, κουφότατος δὲ, κρατήσας· ἐχθροῖς μὲν [3] δυσεξαπάτητος, φίλοις δὲ [4] εὐπαραπιστότατος· ἀεὶ δὲ τιθεὶς τὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς, ἀεὶ ἀμαυροῦν τὰ τῶν πολεμίων [5] ἔργον εἶχεν. Εκεῖνον οἱ μὲν συγγενεῖς [6] φιλοκηδεμόνα ἐκάλουν· [7] οἱ δὲ χρώμενοι, [8] ἀπροφάσιστον· οἱ δ' ὑπουργήσαντές τι, μνήμονα· οἱ δ' ἀδικούμενοι, ἐπίκουρον· οἱ γε μὴν συγκινδυνεύοντες, μετὰ θεοὺς σωτῆρα.

---

[1] *Ἐξεπόνει τὰ* &c.] Sic MS. Harl. Locum hunc citans *Stobæ.* Serm. 29. exhibet tantùm *δόξης οὐδεμιᾶς ἤρα, ἧς οὐκ ἐξεπονεῖτο.* Edit. *Steph.* & *Leuncl.* dant — *ἐξεπονοῦντο ἴδια.* *Ald.* & *Flor.* *ἐξεπόνει τὰ ἴδια.* quam, mutatâ tantùm accentûs ſede, lectionem recipiendam cenſui.

[2] *Ανδρείαν*] Sic MS. Harl. & edit. *Leuncl.* In aliis eſt *ἀνδρίαν*: quà de ſcripturâ vide p. 61. n. 4. & p. 78. n. 1.

[3] *Ἔργῳ μᾶλλον ἢ λόγῳ*] Vide ſis K. A. p. 220. n. 3.

[4] *Σωφρονεῖν*] Valet hìc *modeſtè ſentire, mentem ab inſolenti lætitiâ temperatam ſervare.* Conf. Rom. XII. 3. Aliàs ſonat etiam *ad ſanam mentem redire, prudenter temperatéque res adminiſtrare.* Reſpice p. 67. lin. 2.

[5] *Καὶ τὸ μεγαλόφρον* &c.] Similiter apud *Ariſtot.* *Οἰκονομ.* l. 2. p. 506. edit. *Du-Vall.* verbo *χρῶμαι* tribuitur caſus quartus: *Μενδαῖοι δὲ τὰ μὲν ἀπὸ λιμένων καὶ τῶν ἄλλων τελῶν αὐτοῖς συναγοραζόμενα ἐχρῶντο εἰς διοίκησιν* &c. Si quis tamen, levi mutatione factâ, ſcripſerit *καὶ τῷ μεγαλόφρονι* &c. ejus certè judicium non improbaverim.

magnitudine non cum injuriâ *petulanter illatâ*, ſed cum prudentiâ utebatur. Jactatores certè cùm contemneret, modeſtis erat ſubmiſſior: etenim de vili corporis cultu, de pulchro exercitûs *ſui* ordine, de eo etiam quòd ipſe quàm pauciſſimis egeret, & amicis quamplurimùm prodeſſet, gloriabatur. Ad hæc, graviſſimus quidem erat *dum certaret* adverſarius, ubi verò victoriâ potitus eſſet, leniſſimus: ab inimicis difficulter circumveniri poterat, ab amicis facillimè in falſam perſuaſionem adducebatur: ſemper autem amicorum res in tuto collocans, ut hoſtium ſemper extingueret id agebat. Illum cognati propinquorum ſtudioſum nominabant, qui eo utebantur, *amicum* ſine tergiverſatione; qui aliquid officii præſtitiſſent, memorem; injuriâ læſi, adjutorem; qui verò periculum unà *cum eo* adibant, poſt deos ſervatorem.

---

[1] Ὑπεραύχων] Lexicogr. non agnoſcunt.

[2] Ἐκαλλωπίζετο τῇ μὲν &c.] Conf. *Plutarch.* T. 1. p. 616. T. 2. p. 214. & *C. Nep.* in vitâ Ageſil. c. 8.

[3] Δυσεξαπάτητος] In lexicis reperitur ſine auctore.

[4] Εὐπαραπιστότατος] Sic MS. Harl. & edit. *Ald.* & *Flor.* In edit. *Steph.* & *Leuncl.* ſcribitur εὐπαραπειστότατος. Vide ſis K.A. p. 503. n. 2.

[5] Ἔργον εἶχεν] Similiter loquutus eſt *Ælian.* H. V. l. 1. c. 26. & l. 8. c. 15.

[6] Φιλοκηδεμόνα] In lexicis deeſt.

[7] Οἱ δὲ χρώμενοι,] Reſpice p. 81. n. 4.

[8] Ἀπροφάσιστον] Idem videre eſt vocabulum p. 63. lin. 3. & K. Π. p. 154. lin. antepenult. In *Conſtant.* Theſ. ſtat ἀδιαυστότως.

Δοκεῖ δ' ἔμοιγε καὶ τόδε μόνος ἀνθρώπων ἐπιδεῖξαι, ὅτι ἡ μὲν τοῦ σώματος ἰσχὺς γηράσκει, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ῥώμη τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀγήρατός ἐστιν. Ἐκεῖνος γοῦν οὐκ [1] ἀπεῖπε μεγάλην καὶ καλὴν [2] ἐφιέμενος δόξαν, ἕως τὸ σῶμα φέρειν ἠδύνατο τὴν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ῥώμην. [3] Τοιγαροῦν ποίας οὐ νεότητος κρεῖττον τὸ ἐκείνου γῆρας ἐφάνη; Τίς μὲν γὰρ τοῖς ἐχθροῖς ἀκμάζων, οὕτω φοβερὸς ἦν, ὡς Αγησίλαος, [4] τὸ μήκιστον τοῦ αἰῶνος ἔχων; Τίνος δ' ἐκποδὼν γενομένου μᾶλλον ἥσθησαν οἱ πολέμιοι, ἢ Αγησιλάου, καίπερ γηραιοῦ τελευτήσαντος; Τίς δὲ συμ-

Et mihi ſanè videtur etiam ſolus ex hominibus demonſtrâſſe, corporis quidem vires ſeneſcere, ſed animi robur in viris fortibus ſenectutis eſſe expers. Ille certè magnam præclarámque famam adpetere non deſtitit, quamdiu corpus animi ipſius robur ferre poterat. Quâ igitur juventute non illius ſenecta præſtantior adparuit? Quis enim, ætate florens, hoſtibus tam fuit terribilis, quàm Ageſilaus, cùm *jam* ultimum vitæ *terminum* adtingeret? Quonam è medio ſublato magis gaviſi ſunt hoſtes, quàm Ageſilao, tametſi ſenex *vitam* finiviſſet? Quis *tantum* fiduciæ

---

1 Ἀπεῖπε] *Thom. Magiſt.* Ἀπειρηκέναι κάλλιον ἢ ἀπεῖπεν. *Mœr.* Attic. Ἀπεῖπε, Ἀττικῶς· ἀπεῖπεν, Ἑλληνικῶς. Forſan apud hunc quoque ſcribendum Ἀπειρηκέναι, &c. Nam ſic *Phavorin.* etiam, Ἀπειρηκέναι, οὐκ ἀπεῖπον, σημαίνει τὸ ἀπέγνων, ἀπεψηφισάμην, ἠρνησάμην, ἀπεταξάμην. — λέγεται δὲ ποτὲ ἀπειπεῖν, καὶ τὸ ἐν ἀγῶνι ἢ μάχῃ ἀπαγορεῦσαι καὶ ἀποκαμεῖν· ὅπερ ἐστὶν ἴσον τῷ ἀπαυδῆσαι, καὶ ἀποκαμεῖν, καὶ ἀπαγορεῦσαι.

2 Ἐφιέμενος δόξαν, ἕως τὸ σῶμα &c.] Sic locus mihi quidem reſtituendus videtur. MS. Harl. & libri hactenus editi repræſentant — ἐφιέμενος . . . τὸ σῶμα φέρειν &c. hiatu, vocabulorum omiſſorum indice, relicto. *Phileph.* vertit *Ille namque non eſt defatigatus, quamdiu ipſius animi vires corpus perferre potuit, magnam virtutem præclarámque acquirere.* Eumque adeò locum ſic integrum legiſſe cenſuit *Leuncl.* Ἐκεῖνος γοῦν οὐκ ἀπεῖπε μεγάλην καὶ καλὴν ἐφιέμενος ἀρετὴν, ἕως τὸ σῶμα &c. Hæc mihi lectio probata eſt, niſi quòd pro ἀρετὴν ſcribam δόξαν. *Phavorin.* Ἐφίεμαι, τὸ ἐπιθυμῶ — Ἀττικῶς αἰτιατικῇ ſcil. συντάσσεται.

3 Τοιγαροῦν ποίας οὐ &c.] *Stobæus* Serm. 116. Ξενοφῶν περὶ Ἀγησιλάου φησί· ποίας γὰρ νεότητος οὐ κρεῖττον τὸ ἐκείνου γῆρας; Eundem etiam verborum ordinem exhibet *Plutarch.* T. 2. p. 784. Ἀλλὰ μὴν ἅ γε Ξενοφῶν περὶ Ἀγησιλάου γέγραφεν, αὐτοῖς ὀνόμασιν ἄξιον ἐστι παραθέσθαι. Ποίας γὰρ, φησὶ, νεότητος οὐ κρεῖττον τὸ ἐκείνου γῆρας ἐφάνη; Τίς μὲν γὰρ τοῖς ἐχθροῖς ἀκμάζων οὕτω φοβερὸς ἦν, ὡς Ἀγησίλαος τὸ μήκιστον τοῦ ἀγῶνος (repone αἰῶνος) ἔχων; &c. Receptum ordinem rectè præſtant MS. Harl. atque edit. *Ald. Flor. Steph. Leuncl.* Sic enim ſolet Noſter voces tranſponere. Infrà paulò; Οὕτω δὲ τελέως ὁ ἀνὴρ τῇ πατρίδι ὠφέλιμος &c.

4 Τὸ μήκιστον &c.] Reſpice p. 80. n. 1.

μάχοις θάῤῥος παρέσχεν, ὅσον Ἀγησίλαος, καίπερ ἤδη [1] πρὸς τῷ τέρματι τοῦ βίου ὤν; [2] Τίνα δὲ νέον οἱ φίλοι πλέον ἐπόθησαν, ἢ Ἀγησίλαον γηραιὸν ἀποθανόντα; Οὕτω δὲ τελέως ὁ ἀνὴρ τῇ πατρίδι ὠφέλιμος ὢν διεγένετο, ὡς καὶ [3] τετελευτηκὼς ἤδη, ἔτι μεγαλείως ὠφελῶν τὴν πόλιν εἰς τὴν ἀΐδιον οἴκησιν κατηγάγετο· μνημεῖα μὲν τῆς ἑαυτοῦ ἀρετῆς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν κτησάμενος, [4] τῆς δὲ βασιλικῆς ταφῆς ἐν τῇ πατρίδι τυχών.

ſociis præbuit, quantum Ageſilaus, licèt ad vitæ jam terminum perveniſſet? Quem amici juvenem magìs deſiderârunt, quàm Ageſilaum, qui ſenex mortem obîerat? Is autem adeò perfectè ſemper patriæ fuit utilis, ut etiam jam defunctus, magnopere adhuc civitatem juvans ad æternum domicilium deductus eſt; monumenta quidem virtutis ſuæ per univerſum terrarum orbem adeptus, ſepulturam verò regiam in patriâ conſequutus.

[1] *Πρὸς τῷ τέρματι* &c.] Scripturam hanc ex conjecturâ repoſui. MS. Harl. & edit. *Ald. Flor. Steph. Leuncl.* dant *πρὸς τῷ στόματι* &c. Conjecturæ adlatæ favet *Plutarch.* loco proximè cit. ubi ſcribit, *Τίς δὲ συμμάχοις θάρσος παρέσχεν ὃ* (ſcrib. *ὅσον*) *Ἀγησίλαος, καίπερ ἤδη πρὸς τὸ τέρμα τοῦ βίου ὤν;* eam confirmat etiam Noſter, *Λακεδαιμ. Πολ.* ferè med. ubi eâdem phraſi uſus eſt: *ἐπὶ γὰρ τῷ τέρματι τοῦ βίου τὴν* &c. *Steph.* maluit hic *τῷ στόματι* quàm *τῷ τέρματι*: & apud *Plutarch.* *τῷ τέρματι* quàm *τὸ τέρμα.*

[2] *Τίνα δὲ νέον οἱ φίλοι* &c.] Hanc lectionem ex *Plutarchi* loco cit. revocavi. In exemplaribus autem Xenophontéis hactenus legebatur, *Τί δὲ νέοι φίλοι* &c. *Steph.* etiam *Plutarchi* lectionem ſequendam cenſuit, *ſcil.* *Τίνα δὲ νέοι οἱ φίλοι &c.* vel *Τίνα δὲ νέον οἱ &c.*

[3] *Τετελευτηκὼς ἤδη, ἔτι* &c.] Sic edit. *Ald. Flor.* & *Steph.* Eandem ſcripturam invenit *Philelphus*, quippe vertit — *adhuc civitati* &c. MS. Harl. dat. ἤδη ἔτι — edit. *Leuncl.* — ἤδη ἔτη &c.

[4] *Τῆς δὲ βασιλικῆς* &c.] *Diodor. Sic.* l. 15. p. 401. *Ἐπανιὼν δὲ* (Ageſilaus) *εἰς τὴν πατρίδα διὰ Κυρήνης, ἐτελεύτησε· καὶ τοῦ σώματος ἐν μέλιτι κομισθέντος εἰς τὴν Σπάρτην, ἔτυχε τῆς βασιλικῆς ταφῆς τε καὶ τιμῆς.* Paulò aliter *Plutarch.* p.618. *Ἔθους δ' ὄντος Λακωνικοῦ, τῶν μὲν ἄλλων ἐπὶ ξένης ἀποθανόντων, αὐτοῦ τὰ σώματα κηδεύειν καὶ ἀπολείπειν, τὰ δὲ τῶν βασιλέων οἴκαδε κομίζειν, οἱ παρόντες Σπαρτιᾶται κηρὸν ἐπιτήξαντες τῷ νεκρῷ, μέλιτος οὐ παρόντος, ἀπήγαγον εἰς Λακεδαίμονα.* Sic & C. *Nep.* in vitâ Ageſil. extremâ.

ADDENDA.

P. 1. ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΑΓΗΣΙΛΑΟΝ &c. Laudibus orationem hanc ornat *Cicero* ad Famil. l. 5. epiſt. 12. & ad Quintum l. 1. epiſt. 2. Vide ſis etiam ejuſd. de Orat. l. 2. c. 84. l. 3. c. 34. de Fin. l. 2. c. 35.

Ibid. lin. ult. Hæc *Stephanus*: In *Ald.* edit. legitur *διὰ τούτων ὐδὲ μειόνων* &c. quam lectionem ex vet. cod. emendatam non inveni: cùm tamen, quin *διὰ τοῦτο* legi debeat, (ut & in *Reuchlini* editione legitur) minimè dubitari poſſit. Sed quantum ad alteram mutationem attinet, videlicet particulæ *ὐδὲ* in *δὲ*, eam, licèt ex vetuſto quodam libro ſumptam, non perinde neceſſariam eſſe, & *ὐδὲ* ferri poſſe, arbitror: ut ſit ſenſus *— ideò nè minores quidem conſequatur laudes.* Intelligo autem *minores ſc*: atque ità totius loci hæc erit ſententia, *Non enim æquum fuerit, eum, quòd dignè laudari perfecta & abſoluta ejus fortitudo nequeat, nè laudes quidem ſuâ virtute minores conſequi, ſed prorſus illaudatum relinqui.* At ſi legatur *διὰ τοῦτο δὲ μειόνων* &c. particula *δὲ* ità uſurpata fuerit, ut Latina *verò* in hoc *Ciceronis* loco, *Quod laudas quia oblivîſci me ſcripſi ante facta & dicta noſtri amici, ego verò ità facio.* Item in iſto, *Quod ſcribis te audire me etiam mentis errore & dolore adfici, mihi verò mens integra eſt.* At *μειόνων* paulò aliter, quàm modò expoſuimus, accipiendum erit; ut ſit ſenſus, *ideò minùs laudetur*: i. e. *ideò pauciores extent ejus laudatores.* Certè *διὰ τοῦτο οὐδὲ μειόνων* non minùs lubenter ſcripſerim. Cæterùm omnibus cum Horatio laudare aliquem recuſantibus, quòd ejus laudes culpâ ſui ingenii deterere vereantur, quod hìc dicit Xenophon, aptiſſimè reſponderi poſſit.

P. 2. lin. penult. Lege ſis *Viger.* de Idiotiſm. c. 6. ſect. 4.

P. 3. lin. 5. MS. Harl. dat *φθονήσουσι τὸ* &c.

P. 5. lin. ult. Lectionem receptam, *τριάκοντα ſcil.* pro *πεντήκοντα*, confirmat Xenoph. *Hiſt. Gr.* l. 5. ferè med. *— ἡγεμόνα μὲν Ἀγησίπολιν τὸν βασιλέα ἐκπέμπουσι, μετ᾽ αὐτοῦ δὲ, ὥσπερ Ἀγησιλάῳ εἰς τὴν Ἀσίαν, τριάκοντα Σπαρτιατῶν.* & *Plutarch.* in Ageſil. p. 616. *ὅθεν ἀθροίσας* (Ageſilaus) *μισθοφόρους — ἀνήχθη, τριάκοντα συμβούλους ἔχων μεθ᾽ ἑαυτοῦ Σπαρτιάτας, ὡς πρότερον.* MS. Harl. repræſentat literam Λ, quæ numerum hunc indicat; cujus cùm in locum librarii Ν ſubſtituiſſent, mendosè ſcribi deinde cœpit *πεντήκοντα.*

P. 9. lin. penult. MS. Harl. *— εἰς ἃς ἂν ἀνάγκη* &c.

Ibid. lin. 3. Vide K. A. p. 70. n. 5.

Ibid. lin. ult. De *Ἐπιστολεῖ* conſule K. A. p. 530. n. 3.

P. 10. lin. ult. n. 6. Vide K. A. p. 295. n. 1. & p. 296. n. 1.

Ibid. lin. 6. MS. Harl. dat *φρόνιμος.*

P. 16. l. 3. *— πιέζοιεν, ὅτις* &c. Vide K. A. p. 211. n. 3.

P. 17. n. 3. *— ἐπὶ σοίχων ἰόντας.* Confer. K. A. p. 240. lin. 2.

Ibid. lin. penult. *— κεκλεῖνα* &c. Vide p. 64. n. 1.

Ibid. lin. ult. n. 8. Confer. infrà dicenda ad p. 38. n. 6.

P. 18. n. 4. Adde *Polyæn.* l. 2. c. 1. ſect. 5.

P. 21. n. 3. Xenoph. pleniùs *Hiſt. Gr.* l. 5. p. 332. edit *Steph.* *Καὶ Ἀγησίλαος μὲν, λέγων ὅτι ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη ἀφ᾽ ἥβης εἴη*, &c. niſi forſan hìc delenda ſit vox *ἔτη.*

P. 24. lin. 6. MS. Harl. exhibet *ὐκ ἔτι* ſeparatim.

P. 25. l. 1. MS. Harl. habet *αὐξανόμενος γὰρ καὶ* &c.

Ibid. n. 7. Confer. *Homer.* Il. *σ'.* v. 167.

P. 29. lin. ult. Similiter Xen. Κ. Π. p. 482. lin. ult. *— λαβὼν πλαγίους τοὺς πολεμίους*, &c.

P. 38. n. 6. lin. antepenult. *A. Gell.* l. 1. c. 11. *Auctor hiſtoriæ Græcæ graviſſimus, Thucydides, Lacedæmonios, ſummos bellatores, non cornuum tubarúmve ſignis, ſed tibiarum modulis in prœliis uſos eſſe refert: non prorſus* &c. ibi legenda. Reſpicit autem quæ ſcripſit *Thucyd.* l. 5. c. 70. Xenophon ipſe *Λακεδαιμ. Πολ.* haud ità longè à fine: *— αὐλεῖν τε πάντας τοὺς παρόντας αὐλητὰς νόμος, καὶ μηδένα Λακεδαιμονίων ἀστεφάνωτον εἶναι —* *Polyb.* l. 4. p. 289. extr. *οὐδὲ τοὺς παλαιοὺς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν εἰς τὸν πόλεμον ἀντὶ σάλπιγγος εἰκῆ νομιστέον εἰσαγαγεῖν.* *Athen.* l. 12. c. 3. *καὶ Λακεδαιμόνιοι δὲ μετ᾽ αὐλῶν ἐξορμῶσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, —*

P. 41. lin. 6. In MSto Harl. deeſt articulus ante *Ἀχαιῶν.*

P. 44. n. 3. Scribitur etiam *Αἰνιᾶνες* *Pauſan.* lib. 10. c. 8. & *Strab.* l. 11. p. 775. apud *Stephan.* Byz. *Αἰνιᾶνες.*

P. 45. lin. penult. Similiter phraſi, *τάττειν ἑαυτὸν*, uſus eſt Apoſt. 1 Cor. XVI. 15.

P. 50. n. 4. Lectio MSti Harl. gloſſam ſapit. Idem utique valet ſimplex *διώκω* *Anacr.* odar. 34. v. 5. ubi perperam *Faber* *διώξῃς* in *διώκῃς* διάνοιγε mutandum censuit; quòd scilicet ipſe ſignificationis iſtius, quæ verbo διαίνω ibi tribuitur, exemplum nunquam legerat. Eodem ſenſu venit *Theoc.* Εἰδυλ. κζʹ. v.35. Alia exempla ſuppeditant viri cl. *De Pauw* ad cit. *Anacr.* locum; & *D'Arnaud.* Anim. crit. c.7.

P. 56. n. 4. Hæc de loci ſcripturâ *Stephanus*: Hunc locum μέθης μὲν ἀποσχέσθαι, &c. citat *Athen.* l. 4. pro ἀποσχέσθαι legens ἀπέχεσθαι, pro λαιμαργίας autem μανίας, item ὑπερκαίρων pro ὑπὲρ καιρόν: ſubjungens ὁμοίως καὶ ἀργίας pro ὁμοίως ὡς καὶ ἁμαρτίας. In hâc autem præſertim lectione, videlicet ἀργίας pro ἁμαρτίας, eum ſequor: nam ille genitivus mihi ſemper ſuſpectus fuit. At *Philelphus* pro ἁμαρτίας legiſſe videtur ἀναιδείας: vertit enim, *intempeſtivo autem cibo tanquam & impudentiâ.* Imò verò illum quoque genitivum ἁμαρτίας retinuiſſe, ſed ejus ſedem mutâſſe, ex totius loci interpretatione colligere poſſumus: ea eſt hujuſmodi, *qui ab ebrietate ac edacitate, non ſecus atque ab ingenti flagitio, alienari decere diceres, intempeſtivo autem cibo, tanquam & impudentiâ.* Leunclavius mihi aſſentiens vocem ἀργίας, non ἁμαρτίας eſt interpretatus: ità enim locum hunc vertit, *qui ab ebrietate perinde putabat abſtinendum atque ab ingluvie; ab intempeſtivis cibis, perinde atque ab otio.* Ubi tamen ἀργίαν *deſidiam* quàm *otium* eum maluiſſem interpretari, aut certè hæc conjungere; ut junxit *Livius*, cùm *marceſcere otio & deſidiâ* dixit. Puto tamen ἀργίας, id eſt deſidiæ, mentionem facere, tanquam hæc ſit τῶν ὑπερκαίρων σίτων effectum: ac cùm μανία ſit itidem effectum μέθης, vereor ut in illo etiam priore membro lectionem *Athenæi* ſequi oporteat, ὡς μὲν ἀπέχεσθαι ὁμοίως ᾤετο χρῆναι καὶ μανίας. Atque adeò movere aliquem ad eum ſequendum hoc quoque poſſit, quòd pòſt λαιμαργίαν non videatur mentionem τῶν ὑπερκαίρων σίτων facturus Xenophon fuiſſe, cùm illa de his dicatur. Neque enim, cùm ὑπὲρ καιρὸν (aut τὸν καιρὸν) dicitur, tam ad *intempeſtivitatem*, quàm ad *non ſervatum modum* reſpicitur: præſertimque cùm ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἐμπιπλαμένους dicunt.

P. 58. lin. 1. Lege — τοὺς ἄλλους.

P. 59. n. 3. Confer *Anacr.* odar. 51. v. 2.

P. 72. n. 5. Adde *Pauſan.* l. 3. c.1. *Apollodor.* l. 2. c. 8.

P. 73. n. 2. Etymol. m. & *Phavorin.* Κάνναθρον (in voce utique duplex etiam ν reperiri ſolet) Δίδυμος τὴν πείρινθον πλεκομένην λέγει ῥίπινθον, καὶ κατὰ ἀντίθεσιν πείρινθον· τοῦτο δ' ὑπὸ Ξενοφῶντος καλεῖσθαι κάνναθρον· ἐπεὶ καὶ κάννα ἡ ψίαθος. *Euſtath.* in *Homer.* Il. ωʹ. p. 1344. Πείρινθα, τὸ τετράγωνον πλινθίον τὸ ἄνω ἐφελκόμενον ταῖς ἁμάξαις, πλεκόμενον ἀπὸ ῥιπῶν· ῥίπες δὲ οἱ τῶν οἰσύων λίγοι· (repone λύγοι) ὥστε εἶναι ῥίπινθον, καὶ μεταθέσει καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι, πείρινθον· ὁ δὲ Ξενοφῶν κάνναθρον αὐτό φησι· κάννα γὰρ ἡ ψίαθος. Apud *Athen.* l. 4. c. 6. legimus Πολέμων δ' ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρῳ &c. "Scias "autem (verba ſunt eruditiſſ. *Caſauboni*) "obſcurum fuiſſe antiquis criticis Xeno"phontis hunc locum; quando Polemon "vocis καννάθρου interpretationem integro "commentario erat perſequutus. Athenæus "paulò pòſt (cap. 7.) ex Didymo Gramma"tico κάνναθρον interpretatur καμαρωτὸν ξύ"λινον ἅρμα, i. e. *currum ligneum fornicatum.* "Homeri interpretes nihil aliud eſſe vo"lunt, niſi quem Homerus πείρινθα & ὑπερ"τερίην vocat; Latini veteres *ploxemum*, aut "potiùs *ſirpiculum*: hoc enim è vitili mate"riâ conſtabat, ut & canathrum, ex eorum "ſententiâ, qui πλέγμα & ψίαθον expoſue"runt. Sed obſervanda nobis ſunt iſta Plu"tarchi verba, Καὶ τὸ κάνναθρον φησὶν ὁ Ξενοφῶν "οὐδέν τι σεμνότερον εἶναι τῆς ἐκείνου θυγατρὸς ἢ τῶν "ἄλλων. In Xenophontis codicibus vulga"tis, de canathro filiæ Ageſilai nè verbum "quidem exſtat hodie: verùm ſuperiùs ad"lata diſertiſſimi auctoris verba (ſc. ἀκου"σάτω δὲ ὡς ἐπὶ πολιτικοῦ καννάθρου &c.) ità, niſi "fallimur, legit Plutarchus in ſuis codici"bus; ἀκουσάτω δὲ ὡς ἐπὶ πολιτικοῦ καννάθρου ἡ θυ"γάτηρ αὐτοῦ κατῄει εἰς Ἀμύκλας. quia ſunt ali"quot eædem literæ ſimiles in καννάθρου & "θυγάτηρ, aliud agens librarius alteram vo"cem omiſit." Hæc ille. Locus autem hic Xenoph. *Schefferum* omnino latuit, qui canathrum quid ſit expoſiturus, de *Re Vehic.* lib. 1. c. 7. verba Heſych. Etymol. Euſtath. ſuprà adlata citat, & in voce ν duplicari debere contendit.

P. 74. lin. 7 & ſeq. *Juſtin.* lib. 1. cap. 9. — *apud Perſas perſona regis ſub ſpecie majeſtatis occulitur.* ubi vide quæ ſcripſit *Bernec.* Adde *Herodot.* lib. 1. c. 99.

P. 78 lin. 1. Ad hæc verba — ἰωμένους ἐπιμηνῶ &c. ſic *Portus*: Vel eſt Atticiſmus, ut ποιοῦσι κηρυγμὸν &c. vel eſt ἔλλειψις τῆς διὰ προθέσεως.

Ibid. l. 3. In MSto Harl. deeſt ἂν poſt ἰδεῖν.

Ibid. lin. 9. In eod. MSto legitur — πρὸς πύγαθι &c.

P. 80. n. 1. Similiter *Sophocl.* Oedip. Tyr. extr. —— πρὶν ἂν
Τέρμα τοῦ βίου &c.

P. 81. l. 3. MS. Harl. dat πλεῖον ἔχειν, &c.

P. 86. l. 2. Apud K. Π. p. 649. hæc Cyrus — ὥστε καὶ τὸ ἐμὸν γῆρας οὐδεπώποτε ᾐσθόμην τῆς ἐμῆς νεότητος ἀσθενέστερον γιγνόμενον. Add. *Cic.* de Sen. c. 9.

INDEX
RERUM MEMORABILIUM QUÆ ORATIONE DE AGESILAO REGE CONTINENTUR.

A

AGeſilaus virtute & gloriâ eximiâ ornatus, p. 1. nobili genere natus, 2. ab Hercule oriundus, *ibid.* majores ejus urbis celeberrimæ reges, *ibid.* inter principes principe fuêre loco, 3. dignus regno habitus, priuſquam eo potitus eſt, 4. Leotychidæ prælatus, *ibid.* Archidami filius, *ibid.* juvenis adhuc regnum adeptus eſt, 5. in Aſiam ſe cum exercitu trajecturum pollicetur, 6. ejus conſilium mirantur Lacedæmonii, *ibid.* de Aſiâ certandum ſtatuit, 7. domo enavigat, *ibid.* primum ejus in Aſiâ facinus, *ibid.* cum Tiſſapherne pangit inducias, *ibid.* eas ſanctiſſimè ſervat, 8. ſuſpectum omnibus Tiſſaphernis fidem declarat, *ibid.* ſibi ipſi fidem tutò haberi poſſe oſtendit, *ibid.* ei bellum denuntiat Tiſſaphernes, 9. gratias agit Tiſſapherni, quòd deos ſibi perjurio reddidiſſet hoſtes, *ibid.* militibus edicit ut expeditioni ſe accingerent, *ibid.* forum rerum venalium parat, *ibid.* milites imperat Ionibus, Æolenſibus & Helleſpontiis, 10. omiſſo in Cariam itinere, in Phrygiam pergit, *ibid.* urbes quaſdam in poteſtatem ſuam redigit, 11. permagnas capit opes, *ibid.* artis imperatoriæ ſe peritum exhibet, *ibid.* dolos ſtruendi Tiſſaphernem imperitum oſtendit, *ibid.* amicos locupletandos curat, *ibid.* quibus artibus numerum amicorum auxit, 12. ejus erga adverſarios humanitas, 13. cura ſenum & puerulorum, *ibid.* benevolentiam omnium ſibi conciliat, 14. ejus erga captas civitates clementia, *ibid.* humanitate loca quædam ſuam in poteſtatem redigit, *ibid.* ei impedimento Pharnabazi equitatus, *ibid.* copias equeſtres ſibi parandas ſtatuit, *ibid.* equos alendos curat, 15. urbes deſignat, è quibus equites petendi, *ibid.* equitatum ſtrenuum ſibi ſtatim comparat, *ibid.* copias ſuas ad Epheſum cogit, 16. præmia militibus proponit, *ibid.* Epheſum ſpectatu dignam efficit, 17. coronatus unà cum militibus è gymnaſiis prodiit, *ibid.* coronas Dianæ ſuſpendendas curat, 18. captivos barbaros veſtibus exutos vendi jubet, *ibid.* ſuis edicit, ut ad pugnandum ſe parent, *ibid.* fallit Tiſſaphernem, 19. in tractum Sardianum pergit, *ibid.* ſuis opem ferendam curat, 20. victimas cædit, 21. phalangem in hoſtes ducit, *ibid.* victoriâ potitur, 22. Sardes ſuos ducit, *ibid.* ubi omnia urit vaſtâtque, *ibid.* incolas ad ſe invitat, *ibid.* hoſtes ad pugnam provocat, 23. decimas deo Delphico conſecrat, *ibid.* res ejus confirmantur, 24. legati ad eum de amicitiâ ineundâ veniunt, *ibid.* ad eum multi deficiunt, *ibid.* paret civitati eum revocanti, 25. ſeditionibus plurimis finem imponit, *ibid.* ejus diſceſſum Græci Aſiatici dolent, 27. ab iiſdem pater & ſodalis adpellatur, *ibid.* Helleſpontum trajicit, *ibid.* ejus in itinere faciendo celeritas, *ibid.* Macedoniam peragrat, *ibid.* in Theſſaliam pervenit, 28. eum infeſtant Lariſſæi & Theſſali, *ibid.* adverſùs Theſſalos aciem inſtruit, 29. ſuos perſequi Theſſalos jubet, *ibid.* tropæum ſtatuit, 30. Pthiæ montes ſuperat, 31. ad Bœotorum fines pervenit, *ibid.* adverſùs eum aciem inſtruunt Thebani, Athenienſes &c. *ibid.* ad quos adgrediendos ſe ſuóſque parat, *ibid.* ei auxiliantur Phocenſes & Orchomenii, *ibid.* cum hoſtibus confligit, 32. exercitûs ejus ſplendor, *ibid.* rei imperatoriæ peritiſſimum ſe præbet, *ibid.* quibus modis ſuos ad pugnandum promptiſſimos reddit, *ibid.* ejus cum Thebanis

apud

apud Coroneam pugna, 33 *& ſeq.* cornu exercitûs ſui dextrum tenet, 33. milites quidam ejus in Thebanos curſu feruntur, 34. adverſarios in fugam vertunt, 35. Ageſilaum coronâ quidam ornant, *ibid.* Orchomeniis opitulatur, *ibid.* fortem ſe palàm præbet, 36. cum Thebanis confligit, *ibid.* victoriâ potitur, *ibid.* vulneratus ad phalangem adfertur, *ibid.* ejus erga numen divinum pietas, 37. vetat eos violari, qui ad templum Minervæ confugerant, *ibid.* exercitum inſtrui jubet, 38. & tropæum ſtatui, *ibid.* ſuos ſe coronis redimire jubet, *ibid.* & tibicines canere tibiis, *ibid.* domum diſcedit, 39. patriæ inſtitutis parere glorioſiſſimum ducit, *ibid.* adverſùs Argivos expeditionem ſuſcipit, *ibid.* Argivorum agrum vaſtat, *ibid.* ad Corinthum progreditur, *ibid.* muros ad Lechæum pertinentes capit, *ibid.* Peloponneſi portas patefacit, *ibid.* domum ad Hyacinthia celebranda revertitur, *ibid.* pæana Apollini canit, 40. Piræum verſùs copias ducit, *ibid.* Piræum capit, 41. domum diſcedit, *ibid.* cum Achæis adverſùs Acarnanas expeditionem ſuſcipit, *ibid.* tropæum ſtatuit, *ibid.* Achæis Ætolos, Acarnanas, Argivos amicos reddit, *ibid.* cum Achæis ſocietatem init, *ibid.* ab eo pacem petunt hoſtes, 42. Corinthios & Thebanos, qui Lacedæmoniis amicos ſe præbuerant, domum reducendos curat, *ibid.* Phliaſios, qui ob Lacedæmonios exulârant, domum reducit, *ibid.* ejus erga amicos ſociósque ſtudium, *ibid.* adverſùs Thebas exercitum ducit, ibid. agrum Thebanum vaſtat, *ibid.* *&* 43. præter ſpem exercitum contra hoſtes ducit, *ibid.* agrum eorum, qui amicos ejus occiderant, vaſtat, 44. urbem tutatur, *ibid.* rei imperatoriæ peritiſſimum ſe præbet, 45. bonum ſe virum eſſe declarat, *ibid.* eum à malitiâ tandem arcet ſenectus, *ibid.* pecunias in uſum civitatis ſuæ parat, *ibid.* legati munus obit, ut civitatis ſuæ utilitati inſerviret, 46. in legatione imperatoris egregii munere fungitur, *ibid.* Ariobarzanem obſidione liberat, *ibid.* Autophradaten in fugam vertit, *ibid.* Seſtum obſidione liberat, 46. tropæum etiam legatus promeruit, *ibid.* eo ſuadente Mauſolus, omiſſâ Seſti Aſſique obſidione, domum diſcedit, *ibid.* res admiratione dignas geſſit, 47. tam ab inimicis quàm ab amicis pecunias accipit, *ibid.* annos ferè octoginta natus, *ibid.* ducis ei munus offert Ægyptiorum rex, *ibid.* lætus Ægyptii nuntium audit, 48. eum decipit Ægyptius, *ibid.* regi Ægyptio, qui Græcorum maximè ſtudioſus erat, ſe adjungit, 49. regem Ægyptium, cui Græci erant odio, capit, 50. Lacedæmoni amicum reddit Ægyptiorum regem, *ibid.* ab eodem multas accipit pecunias, *ibid.* domum navigat, *ibid.* res divinas venerabatur, *ibid.* maximam etiam hoſtes fœderibus ejus fidem habuerunt, 51. ei ſe tradebant hoſtes, *ibid.* cum eo in colloquium venit Pharnabazus, 52. ejus juſtitia, 53. liberalitas, *ibid.* beneficia ſibi debita patriæ fruenda concedit, 54. ejus à pecuniis abſtinentia, *ibid.* à turpi lucro abhorrebat, 55. ei facultates Agidis adjudicatæ, *ibid.* ejus beneficentia, *ibid.* reſponſum quod Tithrauſtæ dona offerenti dedit, *ibid.* à nullis voluptatum illecebris ſuperatus, 56. ab ebrietate abhorret, *ibid.* ejus munificentia & abſtinentia, 57. ſomnum negotiis ſubjiciendum curat, *ibid.* ejus modeſtia, *ibid.* ſolis patiens & frigoris, *ibid.* ſponte præter cæteros laborem tolerat, 58. inertiam vitat, *ibid.* ejus continentia, *ibid.* Megabatis amore captus, *ibid.* pugnat nè eum Megabates oſcularetur, 59. indicium Megabatis erga ipſum amoris expetit, *ibid.* *&* 60. pudicitiæ teſtes habuit omnium oculos, 61. in fana divertere ſolebat, *ibid.* ejus fortitudo, *ibid.* ejus virtutis monumenta, 62. tot ejus tropæa, quot expeditiones, *ibid.* ejus ſapientia, 63. amicis utitur fidiſſimis, *ibid.* milites habet dicto audientes, *ibid.* hoſtes eum vituperare non poterant, *ibid.* hoſtes, ubi tempus poſtulabat, fallebat, *ibid.* in hoſtes contraria, ac in amicos inſtituit, 64. die perinde ac nocte, nocte perinde ac die utebatur, *ibid.* artis imperatoriæ peritiſſimus, *ibid.* hoſtibus formidoloſus, 65. amicis fiduciam addit, *ibid.* à contemptu inter hoſtes vacabat, *ibid.* expers vituperationis, *ibid.* amabiliſſimus & laude digniſſimus, *ibid.* civitatis ſuæ ſtudioſiſſimus, *ibid.* legibus ſerviebat, 66. ejus erga diſſidentes à ſe manſuetudo, *ibid.* erga cives omnes benevolentia, *ibid.* Græci nominis ſtudioſiſſimus, 67. vicem Græciæ plorat, audito de pugnâ Corinthi commiſſâ nuntio, *ibid.* Corinthum oppugnare noluit, 68. Græcas civitates ad ſanam mentem reducendas, non autem in ſervitutem redigendas cenſet, *ibid.* Perſam odio proſequitur, *ibid.* ad defectionem à Perſâ gentes ſolicitat, 69. eorum curam gerit, qui à Perſâ defecerant, *ibid.* impedit quo minùs

Græcis negotium faceſſat Perſa, *ibid.* communi Græciæ utilitati proſpicit, *ibid.* ejus ingenii ſuavitas, *ibid.* jactantiam vitat, *ibid.* ad ſuos diligendos propenſus, *ibid.* ejus amicos colendi ſtudium, *ibid.* & delectare & prodeſſe ſuis ſtudet, 70. conſuetudinis ſuæ cupidos reddit multos, *ibid.* ejus animi magnitudo, *ibid.* regis Perſici amicitiam aſpernatur, 71. ejus providentia, *ibid.* fidelem ſe erga deficientes à rege præſtat, 72. auro & argento non eget, *ibid.* ejus domus qualis, *ibid.* ſumptus ad reditus adcommodat, 74. faſtui Perſico mores ejus contrarii, *ibid.* facilis ad eum aditus, 75. celeriter ea conficit, quæ ſui cupiebant, *ibid.* voluptates maximè parabiles conſectatur, *ibid* ejus patientia & temperantia, *ibid.* divinâ rerum diſpoſitione uti callet, 76. factis præclaris domum ſuam ornat, *ibid.* canes alit & equos, *ibid.* certamina equorum curribus junctorum viris honorem non adferre docet, 77. pulcherrimam eſſe victoriam cenſet, ſuos beneficiis vincere, *ibid.* vir omnino bonus exiſtimandus, 78. virtus ejus egregium & commodiſſimum hominibus exemplum, *ibid.* non tam quòd aliis, quàm quòd ſibi ipſi imperaret, gloriabatur, 79. ducem ſe ſuis ad virtutem præbuit, *ibid* celebris evadendi cupidus à pueritiâ, *ibid.* honoris cupidiſſimus, *ibid.* perpetuò invictus, 80. vita ejus longiſſima, *ibid.* inculpatus obiit, *ibid.* delubra in hoſtium agro venerabatur, *ibid.* qui ad deorum aras confugerent, eos violari noluit, *ibid.* in rebus proſperis pius & mitis, in adverſis hilaris, 81. ingratos odio habuit, *ibid.* juſtitiam injuſtitiâ lucroſiorem efficere ſtudebat, *ibid.* cum omnibus verſabatur, bonorum amicitiæ cupidus, *ibid.* ab iis, qui mentem celabant, ſibi cavebat, 82. à ſtatuendâ corporis imagine abſtinet, *ibid.* animi monumenta nunquam non elaborat, 83. metu numinis ſemper tenebatur, *ibid.* laude delectatur, 84. ſapientiam quomodo declaravit, *ibid.* in amicos mitis, *ibid.* inimicis terribilis, *ibid.* in rebus ſecundis modeſtus, in adverſis audax, *ibid.* urbanitas ejus, *ibid.* jactatores ſpernebat, 85. de exercitûs ornatu, potiùs quàm ſuo, gloriabatur, *ibid.* propinquorum ſtudioſus audiebat, *ibid.* amicus fidus, *ibid.* beneficii memor, *ibid.* adjutor injuriâ læſorum, *ibid.* ſociorum etiam, *ibid.* ſenex qualis, 86. maximè deſideratus obiit, 87. virtutis monumenta per univerſum terrarum orbem adeptus, *ibid.* in patriâ ſepulturam regiam conſequutus, *ibid.*

Abſtinentia Ageſilai, 54, 57.

Acarnanas invadit Ageſilaus cum Achæis, 41. ex iis multi interfecti, *ibid.* eos amicos Achæis reddit Ageſilaus, *ibid.* adverſùs Lacedæmona copias ducunt Acarnanes, 44.

Achæi cum Ageſilao ſocietatem inire cupiunt, 41. iis amicos Argivos & Acarnanas reddit Ageſilaus, *ibid.*

Aditus ad Perſam difficilis, ad Ageſilaum facilis, 74 *& ſeq.*

Ænianes Ageſilao ſe opponunt, 31. adverſùs Lacedæmona copias ducunt, 44.

Ægyptii binos creant reges, 49. ei regi, qui Græcorum maximè ſtudioſus erat, ſe adjungit Ageſilaus, *ibid.* Græcorum oſorem capit Ageſilaus, 50. eorum rex adverſùs Perſam bellum molitur, 47. ad ſe arceſſit Ageſilaum, *ibid.* illius perfidia, 48. ab illo deficiunt omnes, 49. fugâ ſe Sidona recipit, *ibid.* alter eorum rex pecunias dat Ageſilao, 50. fit Lacedæmoni amicus, *ibid.*

Æolenſes in Ageſilai exercitu, 34.

Ætolos Achæis amicos reddit Ageſilaus, 41.

Agis rex Lacedæmoniorum moritur, 4. ejus facultates Ageſilao adjudicatæ, *ibid.*

Amici quales maximi habendi, 81. quibus uti voluit Ageſilaus, *ibid.* amicis ſpoliari majus damnum, quàm opibus, 82.

Amuſſis inventum hominibus utile, 78.

Amyclæ, ubi feſtum celebrabant Lacones, 73.

Animi monumenta corporis imaginibus præfert Ageſilaus, 83. ejus robur ſenectutis expers, 86. eum regere glorioſius, quàm muros inexpugnabiles poſſidere, 74.

Anthracenſes, vel potiùs, Atracenſes, 30.

Argivi Ageſilao ſe opponunt, 31. impetum ejus militum non ſuſtinent, 35. adverſùs eos expeditionem ſuſcipit Ageſilaus, 39. adverſùs Lacedæmona copias ducunt, 44. eos Achæis amicos reddit Ageſilaus, 41.

Arcades cum Bœotis & Eleis conſociati, 43. adverſùs Lacedæmona copias ducunt, 44.

Ariſtodemus ab Hercule oriundus, 72. in Peloponneſum deſcendit, 73.

Armis parandis operam dat fabrorum omne genus, 71.

Ariobarzanes obſidione liberatus, 46.

Aſſos urbs Lyciæ, 46.

Athenienſes Ageſilao ſe opponunt, 31.

Auri & argenti cupidiſſimus Perſa, 72. quibus non eget Ageſilaus, *ibid.*
Autophradates Ariobarzanem obſidet, 46. veritus Ageſilaum fugit, *ibid.*

B

Barbari pingues & imbelles 18. ab Ageſilai militibus ſpreti, *ibid.* Græcos quoſdam palantes occidunt, 20. verentur Græcos, 23. eorum res deploratæ, 24.
Beati quinam habendi, 83.
Belli officina Epheſus, 17.
Beneficentia Ageſilai, 55.
Bœoti cum Arcadibus & Eleis conſociati, 43. adversùs Lacedæmona cum exercitu progrediuntur, 44. eorum regionem vaſtat Ageſilaus, 43.

C

Cadavera per inducias ſepulta, 39.
Calumniatores peſſimum hominum genus, 82.
Canathrum, 73.
Cædes Lacedæmoniorum apud Tegeam, 43.
Canes venaticos alit Ageſilaus, 76.
Captivi non plectendi, ſed ut homines cuſtodiendi, 13. ſenes curæ Ageſilao, *ibid.* nudi venduntur barbari, 18.
Certamina equorum curribus junctorum divitias, non fortitudinem certantium oſtendunt, 77.
Cephiſſus fluvins, 33.
Cibus immodicus vitandus, 56.
Civitas tum demum felix, cùm legibus parent cives, 66.
Clades Leuctrica, 43.
Contemptus hoſtium robur animi militibus addit, 18.
Continentia Ageſilai, 58.
Creuſis, 40.
Corinthii Ageſilao ſe opponunt, 31. pecora in Piræo ſervant, 40. Corinthios, qui Lacedæmoniis favebant, domum reducendos curat Ageſilaus, 42.
Corinthus Argivorum ditioni adjicitur, 39. eò progreditur Ageſilaus, *ibid.* Corinthum expugnare recuſat Ageſilaus, 68.
Ccrinthiaca pugna, 67.
Coronas Dianæ ſuſpendunt Ageſilaus ejúſque milites, 18. coronis ſuos ſe redimire jubet Ageſilaus, 38.
Coronenſis pugnæ deſcriptio, 33 *& ſeq.*
Corporis imagines negligit Ageſilaus, 83.
Cotys Seſtum obſidet, 26. eam relinquit, *ibid.* regi dextram mittenti non paret, 52. fœderibus Ageſilai fidem habet, *ibid.* cum Ageſilao militat, *ibid.*
Cranonii Ageſilao infeſti, 28.
Cynocephalæ, 42.
Cyniſca ſoror Ageſilai, 77. fratre ſuadente, alit equos curribus jungendos, *ibid.*
Cyri quidam milites Ageſilaum ſequuti, 34.

D

Deus odio habet perjuros, 9. non minùs factis piis quàm ſacrificiis delectatur, 81. Delphicus, 23. dei in honorem ſuos coronis redimiri jubet Ageſilaus, 38.
Decimæ deo conſecratæ, 23.
Deſcriptio pugnæ apud Coroneam, 33 *& ſeq.* Ageſilai cum Thebanis, 36. loci, in quo pugnârant Thebani & Ageſilaus cum ſuis, 37 *& ſeq.*
Deſidia regi vitanda, 82.
Dianæ coronas ſuſpendunt Ageſilai milites, 18.
Die perinde ac nocte utebatur Ageſilaus, 64.
Dolus adversùs hoſtes licitus, 11.
Domus Ageſilai qualis, 72.
Ducis poſſeſſio præclara, fidei ſervantem eſſe & haberi, 53. ejus tolerantiæ exemplum militibus ſolamen adfert, 58.

E

Ebrietas tanquam inſania fugienda, 56.
Elei cum Arcadibus & Bœotis conſociati, 43. adversùs Lacedæmona progrediuntur, 44.
Epheſum ſpectatu dignam reddit Ageſilaus, 17. eam belli officinam facit, *ibid.*
Ephori quinque, 26. eorum poteſtas in reges, *ibid.*
Equitatus Pharnabazi, 14. equitatum comparandum ſtatuit Ageſilaus, *ibid.* ſtrenuum habet, 15. ſuum in Mæandri planitiem ducit Tiſſaphernes, 19.
Equos alendos curat Ageſilaus, 15. ipſe bellicos alit, 76.
Eubœi Ageſilao ſe opponunt, 31. adversùs Lacedæmona progrediuntur, 44.
Exercitus Ageſilai ſplendidiſſimus, 32. ordinis obſervantiſſimus, 64.
Exercitia militaria militibus animum addunt, 18.
Exules, qui Lacedæmoniis favebant, domum reducendos curat Ageſilaus, 42.

F

Fabri ferrarii apud Epheſum, 17. lignarii, *ibid.* ærarii, *ibid.* armis parandis operam dant, *ibid.*
Facta virorum illuſtrium nequeunt celari, 60. pia non minùs grata diis, quàm ſacrificia, 81.

Felices quinam habendi, 83.
Felicitas civitatis ex obedientiâ, quam cives præſtant legibus, pendet, *66*.
Fides poſſeſſio præclara, 53.
Fœderum violatio fidem ſuſpectam reddit, 8.
eorum obſervatio fidem confirmat, *ibid.*
ſœdera Ageſilai fidem mereri etiam hoſtes putârunt, 51.
Fortitudo Ageſilai, 61.
Forum apud Epheſum armorum & equorum venalium, 17.
Frigoris patiens Ageſilaus, 57.
Frugalitas Ageſilai, 75.

G

Gratiæ pro cujuſque poteſtate referendæ, 54. eas non referre injuſtum, *ibid.*
Græci quidam diſperſi interficiuntur, 20. caſtra Perſarum capiunt, 22. peltaſtæ ad prædam ſe convertunt, *ibid.* honore à barbaris adficiuntur, 23. in Aſiâ ſiti Ageſilai diſceſſum dolent, 27. in Græciam proficiſcentem comitantur, *ibid.* communi Græcorum utilitati proſpicit Ageſilaus, *69*.
Gylus polemarchus tropæum, juſſu Ageſilai, ſtatuit, 38.
Gymnaſia Epheſi plena viris ſeſe exercentibus, *16*.

H

Helleſpontum trajicit Ageſilaus, 27.
Helicon, 33. eò fugiunt Argivi, 35.
Helleſpontii in exercitu Ageſilai, 34.
Herippidas milites quoſdam Ageſilai ducit, 34.
Hippodromus equitibus abundat, 17.
Honoris cupidiſſimus Ageſilaus, 79.
Hoſpitium Ageſilai rex Perſicus expetit, 71.
Hoſtes fallere ſolebat Ageſilaus, *63*. per eos decipi turpe, 82.
Humanitas Ageſilai, 13, 14.
Hyacinthia Laconibus celebrata, 39.

I

Jactantiam vitat Ageſilaus, 69.
Jaculatores ſeſe exercent, 17.
Illuſtrium virorum facta celari nequeunt, 60.
Imperatorem decet exercitum potiùs quàm ſeipſum locupletare, *56*. ſpolia ab hoſtibus potiùs quàm dona accipere, *ibid.*
Induciæ ad ſepelienda cadavera pactæ, 39.
Inertiam vitat Ageſilaus, 58.
Ingenii Ageſilai ſuavitas, 69.
Ingluvies vitanda, 56.
Iones in Ageſilai exercitu, 34.
Juſtitia Ageſilai, 53. eam injuſtitiâ lucroſiorem declarare ſtudebat Ageſilaus, 81.
Juſtus à liberali quomodo differt, 83.
Jusjurandum Ageſilai maximam fidem apud hoſtes habet, 51.

L

Laboris tolerantiâ principem ſuis præſtare decet, 57. patientiſſimus Ageſilaus, 58, 78.
Lacedæmonii de bellico regis Perſici adparatu ſoliciti, 5. vehementer contriſtati, 9. Ageſilaum ex Aſiâ revocant, 25. iis opem unà cum Ageſilao ferunt Græci in Aſiâ ſiti, 27.
Lacedæmon ſine muris, 44.
Lariſſæi Ageſilaum infeſtant, 28.
Laus Ageſilao gratiſſima, 84. laudis propriæ auctores ſtrenuos ſe fore pollicentur, 70.
Lechæum, 39.
Lectum inter ſodales viliſſimum eligit Ageſilaus, 57.
Leuctrica clades, 43.
Legati ab omnibus gentibus ad Ageſilaum de ineundâ amicitiâ miſſi, 24. legati officio fungitur Ageſilaus, *46*.
Leotychidas de imperio cum Ageſilao certat, 4.
Liberalis à juſto quomodo differt, 83.
Liberalitas Ageſilai, 53.
Libertatis cupidi ad Ageſilaum ſe recipiunt, 24.
Locri Ageſilao ſe opponunt, 31. adversùs Lacedæmona progrediuntur, 44.

M

Macedoniam peragrat Ageſilaus, 27.
Mæandri planities, 19.
Magnitudo animi Ageſilai, *70, 76*, 85.
Manſuetudo Ageſilai *66*.
Mantinenſes occidunt Lacedæmoniorum amicos, 43.
Mauſolus, omiſſâ Seſti & Aſſi obſidione, domum diſcedit, *26*. pecunias Ageſilao mittit, 27.
Megabates, Spithridatæ filius, Ageſilao amatus, 58. ab eo oſculum accipere recuſat Ageſilaus, 59.
Mentis robur ſenectutis expers, *86*.
Meſſenen ſui juris eſſe jubet Perſa, 48.
Milites Ageſilai ſeſe exercent, 16 *& ſeq.* coronis ornati, 17. coronas Dianæ ſuſpendunt, 18. barbaros contemnunt, *ibid.* dicto audientes, *63*. ad pugnandum promptiſſimi quâ ratione fiunt, 32. peregrini Ageſilao coronam imponunt, 35.
Mollities principi vitanda, 57.

Mons Anthracenſium vel Atracenſium, 30. montes Pthiæ ſuperat Ageſilaus, 31.
Muros ad Lechæum pertinentes capit Ageſilaus, 39. non habebat Sparta, 42.

N

Narthacium, 30.
Neodamodes Lacedæmonii bis mille Ageſilao adtributi, 6.
Nocte perinde ac die utebatur Ageſilaus, 64.
Norma inventum hominibus utile, 78.
Nudi venduntur captivi barbari, 18.

O

Obedientia militum ſpem proſperi ſucceſſûs oſtentat, 18. phalangem firmam reddit, 63. ejus illuſtriſſimum exemplum præbet Ageſilaus, 25, 66. regis alios ad obedientiam trahit, 66.
Officina belli Epheſus, 17.
Opera morum optima indicia, 5.
Opibus quomodo utendum 83.
Orchomenii Ageſilao auxiliantur, 31. lævum cornu in acie tenent, 34. cedunt Thebanis, 35. iis opem fert Ageſilaus, *ibid.*
Ordo phalangem confirmat, 63. exercitûs Ageſilai, 64.
Oſculum Megabatis reſpuit Ageſilaus, 59.
Oſculari, quos honore volebant adficere, ſolebant Perſæ, 59.

P

Pactolus fluvius, 20.
Patientia Ageſilai, 75.
Pæana canit Ageſilaus, 40.
Phalanx firmiſſima, quæ ſervat ordinem & imperatorem amat, 63.
Pharnabazus impedit quo minùs in Phrygiâ militet Ageſilaus, 14. id agit, ut regis filiam uxorem ducat, 51. ut Spithridatis ſine nuptiis ſumat, *ibid.* in colloquium cum Ageſilao venit, 52.
Pharſalii Ageſilaum infeſtant, 28.
Peccata principum graviſſima, 82.
Pecuniis parandis operam dat Ageſilaus, 45. pecuniam omnia largiri cenſet Perſa, 72. eâ non eget Ageſilaus, *ibid.*
Peditatum in Cariam traducit Tiſſaphernes, 19.
Peloponneſi portas aperit Ageſilaus, 39.
Peltaſtæ Græci ad prædam ſe convertunt, 22.
Perjuri fides meritò omnibus ſuſpecta, 8.
Perjurium diis inviſum, 9.
Perſarum rex bellum adverſùs Græcos molitur, 5. præcipit Lacedæmoniis, ut Meſſenen ſui juris eſſe ſinant, 28. Tiſſapherni caput præcidendum jubet, 24. nil non molitur, quò Græcos injuriis adficiat, 68. ejus hoſpitium aſpernatur Ageſilaus, 71. ejus faſtus, 74. pecunias undique colligit, 72. aditus ad eum difficilis, 74. negotia tardè conficit, 75. ejus luxuria, *ibid.* ejus animi imbecillitas, 76. vitam beſtiarum imitatur, *ibid.*
Perſæ Græcis ſe opponunt, 20. equitum Græcorum impetum excipiunt, 21. fugiunt, 22. alii in alios rei malè geſtæ culpam conjiciunt, *ibid.* eos oſculari ſolebant, quos honore adficere voluerunt, 59.
Phliuns, 42.
Phliaſios, qui ob Lacedæmonios exulârant, domum reducendos curat Ageſilaus, 42.
Phocenſes Ageſilao auxiliantur, 31. adverſùs Lacedæmona progrediuntur, 44.
Pietas Ageſilai, 37, 80. erga numen divinum ſpe bonâ mentem implet, 18.
Piræus Corinthiacus, 40. eum capit Ageſilaus, 41.
Polycharmus Theſſalus occiſus, 30.
Poſſeſſio præclara fides, 53.
Pras urbs Perrhæbica, 30.
Principem decet laboris tolerantiâ, non mollitie, privatis præſtare, 57. ejus peccata graviſſima, 82.
Probitas ſumma regem decet, 82.
Præmia militibus propoſita, 16.
Prudentia Ageſilai, 71, 74.
Pthiæ montes ſuperat Ageſilaus, 31.
Pudicitia Ageſilai inſignis, 59 *& ſeq.* ejus teſtes omnium oculos facit, 61.
Pueruli derelicti Ageſilao curæ, 13.
Pugnæ Coronenſis deſcriptio, 33 *& ſeq.* Ageſilai cum Thebanis, 36. pugna Corinthi commiſſa, 67.

R

Regis eſt tantò plura dare, quantò plura accipit, 57. boni beneficiis quamplurimis ſibi ſubjectos adficere, 66. obedientia alios ad obedientiam ducit, *ibid.* ei majores ſpiritus gerendi, qui tum ipſe bonus eſt, tum bonis præeſt, 71. eum maximè decet ſumma probitas, 82.
Rex Perſarum bellum adverſùs Græcos molitur, 5. pecunias undique cogit, 72. ejus hoſpitium aſpernatur Ageſilaus, 71.
Religioſum eſſe & haberi poſſeſſio præclara, 53.
Res geſtæ hominum mores optimè indicant, 5.

S

Sagittarii ſeſe exercent, 17.
Sapientia Ageſilai, 63.

Sardianus tractus, 19.
Sardes, 22.
Satrapas regios ad defectionem ſolicitandos cenſet Ageſilaus, 72.
Scientem res præclaras negligere turpiſſimum, 84.
Scolus urbs Bœotiæ, 43.
Scotuſæi Ageſilaum infeſtant, 28.
Senes captivi Ageſilao curæ, 13.
Senectus Ageſilaum arcet à militiâ, 45. Ageſilai juventute aliorum præſtantior, 86.
Seſtum obſidet Cotys, 26. eam liberat Ageſilaus, *ibid.*
Sidon Phœniciæ urbs, 49.
Solis patiens Ageſilaus, 57.
Solamen militibus ducis tolerantia, 58.
Somnus imperare non debet, ſed negotiis ſubjici, 57.
Sparta urbs Græciæ illuſtriſſima, 3. ejus regnum perpetuum, *ibid.* ſine muris, 44.
Spartani nunquam Ageſilai majoribus invidebant, 3. eorum reges conditionum obſervantiſſimi, quibus regnum acceperunt, *ibid.* conſilium Ageſilai maximis laudibus excipiunt, 6.
Spartiatæ triginta Ageſilao adjuncti, 6.
Spithridates Perſa ſe ſuáque omnia tradit Ageſilao, 51.
Suavitas morum Ageſilai, 69.
Supplices ab aris avellere impium ducebat Ageſilaus, 80.

T

Tegea, 43.
Temperantia Ageſilai, 75.
Thebani Ageſilao ſe opponunt, 31. eorum cum Ageſilao apud Coroneam pugna, 33 *& ſeq.* curſu ad manus conſerendas feruntur, 34. Orchomeniorum ordines perrumpunt, 35. Helicona versùs tendunt, *ibid.* multi occiſi, 36. petunt ab Ageſilao, ut per inducias cadavera ſepeliant, 38. eos, qui ſe Lacedæmoniis amicos præbuerant, domum reducendos curat Ageſilaus, 42.
Thebas invadit Ageſilaus, 42. agrum circa urbem vaſtat idem, *ibid.*
Theſſaliam venit Ageſilaus, 28.
Theſſali Ageſilaum infeſtant, 28. eos perſequuntur milites Ageſilai, 29. alii fugâ elabuntur, capiuntur alii, 29 *& ſeq.* adversùs Lacedæmona progrediuntur, 44.
Tibicines, jubente Ageſilao, tibiis canunt, 38.
Tiſſaphernes cum Ageſilao pangit inducias, 7. inducias violat, 8. perjurus, *ibid.* elatus animo ob exercitum à rege miſſum, 9. bellum Ageſilao denuntiat, *ibid.* in Cariam tranſmittit peditatum, 10. equitatum in Mæandri planitiem ducit, *ibid.* iterum fallitur, 19. huic Perſarum rex caput præcidendum curat, 24.
Tithrauſtes, jubente rege, caput Tiſſaphernis abſcindit, 24. dona Ageſilao offert, 55.
Tropæa Ageſilai, 30, 38, 41, 46, 62.
Turpibus factis convenit, ut in occulto lateant, 74.

V

Victimas cædit Ageſilaus, 21.
Victoria Ageſilai, 36. de civibus reportata, calamitas, 67. præclariſſima, ſuos beneficiis ſuperare, 77.
Victores coronari ſolent, 62.
Virtus non tam laborioſa, quàm jucunda, 84. Ageſilai utiliſſimum hominibus exemplum, 78. ſummatim exponitur, 80 *& ſeq.* ejus monumenta immortalia, 62.
Vita Ageſilai longiſſima, 80. inculpata, *ibid.* ad honeſtatem inſtituta luce ornatur, 74. inhoneſtæ convenit, ut in occulto lateat, *ibid.*
Voluptatis cujuſque illecebris reſiſtit Ageſilaus, 56. voluptates ſuperare difficiliùs quàm hoſtes, 60. maximè parabiles conſectatur Ageſilaus, 75.
Urbanitas Ageſilai, 84.
Urbes deſignat Ageſilaus, è quibus equites erant parandi, 15.

FINIS.

G.R. III. BRITISH MUSEUM